

]

A

B

X

T

FRAGMENTA
UNGARICÆ
HISTORIÆ
AD
ANNUM CHRISTI
M. DC LXXVIII.
& sequentes.

Prosecutionem belli Civilis
AUSPICIIS
EMERICI TÓKOLII
ET
alias res gestas
Complexa.



CASSOVIÆ,
Typis Academicis Soc. JESU
Annô 1743.



FRAGMENTA
UNGARICÆ HISTORIÆ

A D

Annum Christi M DCLXXVIII.

Residuam ex infelicitate horum annorum ^{Nuptie Cittati} ægrimoniam Caroli ^{robi Lotharingi.} Lotaringi abstergere poterat Eleonora Leopoldi soror, si nimum incumbentis, toto viribus, in decus Romani imperii publicæ magis calamitates, quam privata emolumenta non solicitassent. Priore anno viduatam Michaele Coributho, Poloniæ Rege, Augustus Frater ei tradit uxorem. um dote centum, & quadraginta millium florenum, è Ty-

A

ro-

rolis , ac Burgoviæ ærario, in e singulos annos petendorum. Majestati Regiorum sponso rum respondit splendor , & pompa hymenæi Septimō kal Febr. Neostadii in Austria ce lebrati. Unde digressis conju gibus Æniponti deinceps sedes g erit.

Eodem ferè tempore Georgi um Barsony, Agriensium And tistitem , intercus aqua de viv is suffert. Ejus cadaver è Cad pitulo Cassoviam traductum a post exhaustas multiplices, Re gni, & Ecclesiæ causâ, ærūna v inæde S. Elisabet quiete pe fruitur. Hanc JobKrsztyánszk convellere impos, interpellari si ausus est, dum in Apostolic t Regno libertatem ceremoni arum à duobus apostatis nisi per confictarum impugnant c omentarium non tam refec leret , quam contumeliis iuc

Moritur
Georgius
Barsony

ce

incesseret. Multa, inquit, per-
n. peram gesta à Georgio in repe-
ō titione Templorum referri
& possent, sed quiescit ipse. Tu
al scilicet Jobe nimisquam religi-
e osus mortuos vellicare vereba-
u ris? Imò multa, quæ à tuis
egregalibus, tua, & tui simili-
um ministrorum institutione
or sunt tentata impiè, atque cru-
eliter in Georgium referri,
vivestra, sacrilegas rapinas cæ-
dibus tuentium, improbitas,
atque à Christo expositam do-
ctrinam, & traditos ritus con-
vellentium temeritas devoveri
e promeretur

z. Quanquā, nō difitear, multa
ar fuisse, cur ægri morborū aman-
ic tes impotentius irascerentur *Eius Zelus*
in medico, lenioribus remediis
nī sua manū porrectis non profi-
it crientibus, magnopere depre-
ſe canti, ut ferrū, & ignem revo-
lū candis ad salutem Cæsar adhi-
e

beat Virus hæreſeos latius
ſpargere gestientium machi-
nationibus ſua conſilia, viri-
bus authoritatem, violentiae
caput opponebat. Qui ad fi-
dem Christi revocari non vel-
lent, Regno ut pellantur, ſi
pelliri omnes non poſſent, hære-
ticarum partium ductores ne
tolerentur Regios inter ſub-
ditos, ardentibus orationibus
hortabatur. Juverit exhibere
ſummaria Epistolæ ad Regem
datæ, ut Antiftitio Zelus pro-
domo DEI, & iuſta ira aduersus
hæreſim pateſcat, ac ſupple-
antur nonnulla, quæ hactenus
in narratione omiſſimus. Decel-
forum Regum, ſcribebat, I
perpetuum illud fuiffe propo-
ſitum, ut Religionem erigant, I
hæreſim infernalium ſpirituum t
operâ propagatam exſcindant. I
Leopoldo perinde Religionem
effe cordi, perinde hære-
sim

is sim odio, contrà facultatem
 i- erigendæ Religionis, & ste-
 i- nendæ hærescos haud paulò
 æ majorem. Illos penè singulis
 i- septuaginta annorum comitiis
 l- necessitate infelicium bello-
 si rum alias ex aliis immunitates
 e- novitiis erroribus permettere
 iè coactos; Leopoldo nuperam
 b- de Cœlo oblatam videri victo-
 is riam, ut, ob vindicatam pristi-
 re num in statum Religionem,
 m excisamque hæresim, velut S.
 o- Stephanus ob extirpatam ido-
 is lolatriam, & plantatam Divi-
 e- nam fidem, non Apostolicus
 is duntaxat Rex, sed Apostolus
 i- audiat, & sit. Heterodoxorum
 , perduellionem esse manife-
 D- stam; conspiracyem in Ca-
 t, tholicos loqui vincula, truncas-
 m tiones, ac cædes sacrorum, &
 t, profanorum viorum intactis
 o- hæreticis; Sacrilegia revinci-
 e- tot convulsis Christi, & San-
 m torum

etorum Iconibus, concultat^{ad}
SS. Eucharistiâ, compilati^P
Téplis. Si clementi esse l beat^O
in reos tot flagitorum, con-
donaret fortunas, libertatem^m
capita, proscriptis Religionis^L
cerimoniis, qua incitatrice^{fe}
se tam fœdè contaminâssent^{tr}
fore clementissimum. Ad cul-
pas resistentium in muratis^P
oppidis, post reliquos conscienc-
tiâ scelerum è Regno profu-
gos, nè conniveret. Auditas
esse præeuntium publicè po-
pulo preces pro successu rebel-
lionis; repertas ephemerides,
quibus sua in conjurationis in-
crementis adscripserunt gau-
dia. Ab his Divinorum offici-
orum specie cogi interdictos
toties privatos conventus, pu-
blico certè haud proficuos. si
abigantur, nunquam istius mo-
di conciliabula coalitura; Po-
pulum ad audiendam sanam
doctri-

doctrinam in Catholica Tem-
 pla convolaturum frequenti-
 orem; revocandos ad signa
 Christi potiores longè facilli-
 mè; qui scilicet in Calvini,
 Lutherique castris mendaciis
 ferè, & fraudibus prædican-
 tūm retinentur. Non paucos
 de Nobilitate, & plebe, quin
 pagos Calvino Lutheroque
 malè precatos esse, unde ex-
 cesserant figuli novorum dog-
 matū. Cassovienses à quæsto-
 re rogatos, ut abreptorum in
 vincula Parecorum liberatio-
 nem tractandam suscipiant
 cum suis, abnuisse operam. Ex
 quò propterea attineantur cu-
 stodiâ, spectari Acatholicos ma-
 jori numero in Catholicis
 concionibus, unde hactenus
 metus, & reverentia Magistro-
 rum, an seductorum? arcebat
 pusillanimes. Potiores optare
 severius de ejuranda hærefi-

edictum. Juvenem supremam
propiorem horæ è morbo
constrictos carcere prædicant
tes intelligentem non adfor
ad sundendas cum desideran
te preces, amplissimis verbis
DEO egisse gratias, quod ac
certere liceat in ultima lucta
adjutorem, per quem abhæresi
ceterisque noxis expiatus inje
spem venire queat migrandi
ex ergastulo corporis ad me
liorem vitam. Cassovienſes
Catholicos, Cœlum, terram
que contestantes, obsecrare,
ut hoc noxio hominum gene
re urbem liberet. Id publicam
salutem jure ab Rege require
re. E fortuna enim Cassoviæ
fortem circumiectæ Regionis
suspensam, & ei paritoram,
cui paret Cassovia. Non hanc,
neque Cæſareum præsidium
in tuto esse posse, ubi adſint
prædicantes. Acciperet Cæ
ſar

12 far plenum hoc fidelitatis, con-
 o silium ab Antistite, quem di-
 gnatus sit Consiliarium legere.
 r. Perficeret demum, quod om-
 nes decessores, velut summè
 necessarium firmandæ fidei,
 c. maximo ardore frustrà moti-
 t. sint. Liberaret urbes seditio-
 si, num fac bus, manifestos Ma-
 jestatis proditorésque Aposto-
 lico Regno ejiceret. Hac uia
 e. re extirpaturum fementem
 es dissensionum, obstructurum
 n. turbarū fontes, occultas scin-
 tillas incendium diu minitan-
 tes extinguiturum, redditurum
 n suis sedibus exulte. Religio nē
 : asserturum DEO gloriam, Celi
 x Reginæ, Patronæque Ungariæ
 s reverentiam, Sanctis Regibus
 , ceterisque Cælitibus cultum,
 n firmaturum denique suum
 thronum, legitimam domina-
 tionē, & publicā quietē. Tole-
 randi Eperiesini an extra muros



retrudēdi, aut penitus releganste
sint prædicantes, in aula deline
berabatur. Ubi ad aures id Geta
orgii accidit, scribit mox ad
Regem: sapienter, ac Sancte je
Templa è lapidibus, & caleſal
vindicari. At vivorum S. Spipa
ritūs Templorum potioreng
multò habendam curam; quic
bus perperam consuli, dum
ferimus prædicantes. Neque &
Angelis verbū Dei annucianti in
bus populum crediturū, quam ai
diu plenæ Sacrilegiorum cæQ
rimoniæ perstant. DesperanE
dam pacem, ubi dimoranad
tur turbarum incentores
Excidisse fortunis, immuniq
tatibus, vitæ jure Eperjesi di
nenses defectione ad conjuraſo
tos; si polluta sacra exercereat
vetiti ſinantur vivere, ſuáque E
retinere, gratiæ vice acceptu-cc
rosj ſin manifestis violatæ Maſſi
jestatis libertas Sacrorum per-€
ſtet,

nstet, Civitates obsequii reti-
linentes sibi pollicituras, solici-
ecaturásqut ampliores immuni-
tates; Saarosienses prædican-
tes conscientiâ maleficiarum
saluti desperantes, ideóque è
ipagis, apertisque oppidis profu-
ngos, propediem desertas sta-
tiones repetituros.

In atrocia odia, invidiam,
offensionem acatholicorum
incurrit propterea Georgius,
nihil tamen cæpit detrementi.
Quin ad commendationem
Episcopalium virtutum atque
ad augenda apud Deum meri-
esta valuere hæc plurimùm,
quemadmodum hodieque lau-
si di vertit SS. Athanasio & Chri-
stostomo irâ atque invidiâ Ari-
eanorum quondam deflagrâsse.
Ex testamento Georgii elu-
cescit, quâm amplum vectigal
asit parsimonia. Altero, quâm
Turalukensibus vulneribus

T. Stamen.
1617.

præter spem revalesceret u
annō, id scribere cæpit. Terti
tio ante initum Agriensem
Pontificatum, & collecto p
exinde fructus finiit. E Varadp
nensibus fundis nullū unquam
censum percepit. Scepusiense
mille duntaxat Præposito impa
periales reddebant. Duodecim
millia florenū tamen habuit
quos ultima voluntate in co
gnatos, aliosque divideret
Decimo tertio Kal. April. i
sepulchro conditi SS. Theolo
giæ Doctoris laudes latini
oratione Professor Philosophiæ
Pater Szunog è S. J. expos
suit pro concione.

Georgium in Episcopag
throno excipit Comes Ferdin
andus Pálffy annum vitæ se
xagesimum ingressus, & poss
ta Csanadiensi Insula regend
Diæceseos amplissimæ provinc
ciam quarto nonas Aprilic
auspi

Pro Csanadiensi Agriensem Infu
lam obtinet
Ferdinan
dus Pálffy

t suspicatur Cassoviæ. Venienti in Somos , cum honoris enrum securitatis causâ , obviām op̄ridie processerant ducenti è dpræsidio. Varadinense l'edum , antiquod , post receptum Agriense jam ante triennium dimis- erat Georgius , nunc primum Joachimus in cum præfectura S. epusiensis Lusinszki it Collegii defertur Joachimo Varadinensem. Lusintzchio., atque hic ad S. et Nicolai decimo quarto kal.

i Octobr initiatur Antistes.

eo Quæstor Folcra cū supellecti- in e Viennam migrat , & succe- op̄sorem inde , cognomentō Ba- pogele accipit. Ut iusque , velut

exterorum , dignitas Ungaros sagravius affixit. Religio Folcræ

di Romanos haud parum recre- Wolkrade- serit Quasto- sevit. Modis omnibus provehe- ris munus.

osbat veterum Sacrorum cultus ,

& devotorum DEO virorum

non consuetudine modò , sed

in contubernio familiariter ute-

spi A 7 batur.

batur. Quoties in triclinium invitaretur à Patribus Societatis JESU, aderat. Nec raro ut invitaretur, expetiit ipse Interdum improvisus ad prandium, serotinam gustationem cænāmve, jam ab sua domo allatis lautioribus epulis, janus frugali Religiosorum dimenso contentus, ventitabat. Plures etiam dies continenter in eorum Collegio hilarem immodum dimorabatur. Huc ad nocturnam quietem per intervalla recipiebat se se, forte quod ex multorum invidia laboraret, suo sub tecto suam salutem satis tutam haud ratus.

Decimus septimus ante kalendas sextiles & Leopoldum, & subjectas Leopoldo Provinciae laetitiâ cumulat. Primam tun aspicit lucem Josephus Archidux, pronior decessoribus in

Pr
da Nascitur
en Josephus
la Archidux
Fe
da

Ung

Ingaros, qualē diu suspiravētā, futurus Rex, sed haud iuturnus. Contra Joannes Michael Rit Tribunus, & viam, & Leopoldopolitanam ræfectoram, ab excitato hoc munimento, cum fide administratam, linquit.

Ungaricam Ecclesiam non szelepcseni. luauis, per præcedentes annos um condit in dauctam Templis in sinum Tyrnaviae Sacrae & inaudebant, Mystas in Tem profanae adis, & Sacrificia desiderari, Juventuti errebant Antiftites. Turcæ, tubænum, rtæl hæretici donatos Ecclesiis & Maria- la beralitate Divorum Regum num vocat. sa cupletiores fundos tene. us ant, ut non expedirent per alnopiam, qua ratione adjustos abumeros Clerus excrescat. zelepcsenii singularis indu- tria è residuis Strigoniensis acerdotii bonis, tametsi ar- tis includerentur finibus, magnam pecuniæ vim parârat, & fer-

& ferme quid, uid usquam fr̄g
Etiferi venum in Ungaria expus
neretur agri, coemebat. In
seminario Cleri contuberniū
Tyrnaviae molitur, in q̄ac
cum Sacris profani Adolescēti
tes, Nobilium quidem, sc̄ F
tenuium Filii, atque ante alioī
qui ab hæresi ad Ecclesiam en
reciperent, literis, virtutibꝫ
que excoletentur, Sacrae nō
minus, quam profanæ Rei
fulciendæ, ac ornandæ. Marit
num dici voluit, quod in c̄
entela Mariæ, quotquot in ai
educarentur, esse optare
Clero alendo ē Bozokieslli
Præpositura, profanis, ex usu ꝑ
quinquaginta millium fœndi
in Posoniensi quæstura oppu
sitorum, censum attribum
Formandis novæ istius Familiæ
moribus, & œconomiæ adms
nistrandæ operam SocietaP
JESU destinat. Sed quia legm
rege

frēgēndæ descripserat, de qui-
 pus inter Præsulēm, & Patres
 non convenit, tum quidem
 iuxta cura Strigoniensis Collegii
 q̄acerdotib⁹ demandatur, &
 eis plures annos incumbet-
 si Bozokini, post si matam
 iugimūm in Ungaria Religio-
 nēm, Sacerdotium Lambertus,
 nūk genere protoregis nostri
 neomes, spectatissimo Præ-
 eionstratensium ordini funda-
 rit, & de avunculo Præpositu-
 cm S. Stephani appellavit.
 Ianc furentे inter Ferdi-
 randum I & Joannem Reges
 etlo de dominatu Ungariæ,
 suapolyiani, ductu Sigismundi
 nclassa de Gyarmat, circiter
 pnum millesimum quingente-
 num vigesimum tertium in-
 dunt. Religiosi pars cœsi,
 in's sauciati, disjectiique; di-
 capta supellex cū profana,
 egm Sacra, oppidum, & vecti-
 ge gales

gales pagi exinanti Sigismundus
 servire incipiunt, mox Fancsi
 servituri. Nè iniquam possessio
 onem tempus, & silentiuau
 heti constabiliat, Religione
 injuriam anno millesima
 quingentesimo trigesimo cu
 Jaurinensi Capitulo questus e
 Robertus Præpositus Anne
 quadragesimô cum Bozokiro
 arcê Diosgyör: & Ladislal
 Ország bona, quæ haud mea
 ore, ac Bozokinū, jure usurpar
 rat, Balassæ Ferdinandus dona
 ut abstractum Joannis partib
 arctius suis, adstringat. Addi
 erat Donationi conditio: Sacra
 instituto veteri in Templo nre
 quam non celebrentut. Signi
 mundum cupiditas, rapinæ,
 vita anno inde undevicesima
 destituunt Arcem Diosgyör
 Nyarū obtinent. Bozokinū S
 igismundi testamento Barbara
 Fancsi conjugi, cedit, & hie

Exibit 19) 289
ndis voluntate mox injus Ge-
orgii Fratris transit Verū is fir-
mā satis possessionē alieni fundi-
caud fore ratus præsentī
onecunia emptum maluit à
Maximiliano Rege. Annō
uost octavō Stephanus Bos-
eyák de Magyarbél, qui Ro-
nerto in nomen successit, Stri-
moniensis Canonicus, identidē
islalatini æquitatem obtestaba-
neur, ut ad edenda possessionis
rpara, aut deceendum vestigio
Fancsii compellantur. Jacta-
biant probatam fuisse summo
di'ontifici hanc nundinatio-
acem. Nullam esse, quin &
uretium interire voluit Maxi-
milianus, si quando Divinorum
fficiorum ordo in Præpositu-
ria, qualem Præmonstratenſes
öenuerant, abrumpatur, aut
fructibus alimenta ministris
atrorum negentur. Fancsii
hiegārunt alimenta, proscripse-
runt

runt Divina officia , Templum
cum cæmiterio à fundamento
convulserunt , & in ejus locis
posuerunt stabulum. Plebi à
Sacerdotio obnoxia eju ab
avitis Sacris Lutheri legibus
an licentiâ ? diu vivet. Postin
nominati ab Regibus non mi
nus , quam cum Sacra Bozze
kini vigerent , Præpositi o
Stephani sæpius sæculi intre
vallō diem Fanciis dixerut
de possessione , at frustra se
per erant. Postremi Joannei
& Paulus huic prædæ incœ
bârunt. Ille profusor suæ
portionem distraxit , ablig
riitque Ejurâsse aliquam
Lutherum , sed commutau
mox voluntate desertas cont
plexus partes , pro Tribunæ
Archii Episcopi perjurus est
declaratus fertur. Paulus rapta
Mariam Sidoniâ Balassa accep
in uxorem. Neque enim Lut
thera

Iuerani humanas leges obesse
christianorum matrimonii
ordinantur Verum meliora edo-
bi à Szelepecsénio hæc, aliaque
advatorum commenta, da-
bunt, initumq; perperam ma-
trimonium Religiose iustau-
rit Utriusque in abdicandis
Zonicis, & complectendis
iomanis Sacris menté longè
itversā, quā Joannis erat, po-
rut in aperte Pauli testamentū.
Sei Sidoniræ in explendis ejus
noicibus Religio. Facultatum
næredem ex alia Sidoniam vo-
uit ea lege, ut Bozokium
lig obitu Societati JESU, per
magiam Religionem procu-
ranti, & adversus impietatis
ostores pugnanti, transcribat.
næc donatio Leopoldo admo-
eum probata, & publicis lite-
aps mex si mata est. Nec lenti-
er Sidonia Bozokini possessio-
nem, & fructus pro Societa-
te, suæ

te, suæ conscientiæ moderati, Jacobo Hanula, non exerctata morte, tradit. Possessum Jacobus init pro Socieitate, & dum Fancsia viveret cui à Sacris erat, Bozokinum fes fructus legebat. Sed quod tempestate illa Religioni ipsius quissima, Sacras Personas ipsas non juvabant amplius, quo contra Adversariorum violentiam sevi tutarentur, aliquædiu usurpatam in volentem Szelepseniū ea lege transtulut, dum usu jus Societatis contra quosvis stabilit, censem quem redderent fundi, alienatos ab Joanne sensim recuperaret, Bozokinum quale, quantum in dominatu Pannoniæ atensium erat, ubi contumuerit invidia, aut infrigeretur Adversariorum potestia, Societati redditus. pateret, quid Archi Episcopu

raū inter & Societatem conve-
ixerit, hæc pactio in scriptu-
reslīm relata est. At ille mutata
odente, & inscia Societate Bo-
zokinum Cleri educationi at-
tribuit. Eapropter demorituri
q̄rtunis in regium jus reditu-
is post excussa inter Archi-
jp. & Societatem pacta Leo-
uoldus Bozokini partem anno
1699. addicet Societati in
ua&c verba: *maneat sub possessi-
onē Collegii Tyrnav. Patrum
Societatis JESU, cùm jam olim
Paulo Fancsi legitimo ejus-
temp possessore Societati JESU,
ercedente etiam consensu Regio,
perit donata.*

Paulus Zorcsics Valacho-
rum Antistes liberalitatem
zelepcsénii æmulatus in edu-
andos isenos Clericos ordi-
andis ex Græco, juxtā & La-
no ritu Szvednicensibus Ec-
lesiis, censum de suo pactus.

Cum

*Paulus Zor-
csis Valacho-
rum Episco-
pus Graci-
ritius Cleri-
cis censem
decernii.*

*Thoma Palf-
fius pagô Hê-
cze Cassovi-
ense S. Ladi-
stai Regis se-
minarium
auger.*

Cum positâ Agriensi Insula
pastoralem, spartarum inter lati-
pos ovium per diœcesim cte
ram neutiquam posuit Com
Thomas Palfi. Pago, vini a
modum probi, ferace, Heic
vocant, conditum à Kisdi
Cassoviæ seminarium auge
ut veræ Fidei dogmata exp
caturi ignaræ plebi morib
literisque imbuerentur in ear
Adolescentes, quot aleno R
parem Patrum de Soc. JESU
judiciò censum reddet. Olien
in dominatu Agriensium Epab
coporum erat. Circa annul
1580. hæreticis quæstura pr
gneraverat, haec tenus à varro
possessum. Nuper admodu
septem, & vicenis florenuit
millibus Rakoczianæ familiilit
ter mille quadringentis Sig
mundo Tókelio repræsentat
pignus recuperavit Thom. I
In præsens Nicolaum Avan

Ium Provinciæ Austriæ Socie-
 tis JESU Præsidem appellat,
 ex legibus, quas Societas
 sibi in admittenda seminario-
 am cleri gubernatione sanxit,
 per suos curandum recipiat
 dstantidis in spem erigendo-
 em, quæ collapsa erant, Sacro-
 p. Avancinus procuratio-
 uem admittit, & per Joannem
 Hankium Collegii Cassovien-
 sio Rectorem init possessionem.
 Seopoldus Rex, & donatio-
 liem, & acceptationem tum
 publicis literis, tum allegatis
 transigendam ex æquo, ac
 pno traditionem Sacris, &
 artifanis viris comprobat Lex
 Iurid, quam in procuratione
 iustius modi seminiorum ad-
 admittenda sibi Societas sanxit
 iga est, ut libera ei gubernatio
 caturmittatur.

L. B. Stephano Pallocsaio, *Lis Lande-*
in Mechoviensibus in Polonia tensis finit.

religiosis de villis, & prædiis ad Landekense Sacerdotium pertinentibus quartum in annum extrahebatur. Sequestro Szellepcsenio compositis, partium consensu, controversiis, hac tempestate finit.

Pia Scholæ
inducuntur
in Unga-
riam.

Institutus formandæ elementis latinitatis, & Christianis moribus teneræ ætati Ordo è Regularibus Clericis pia- rum scholarum diu florebat vi- cinas per provincias. Ei Privi- dix Oppido Nitriensis Regio- nis prima Domus & census fir- matur in Ungaria. Authores a Domus & Census erant Loci Dinaftæ, Joannes & Carolus Palffii, orbata item Pauloi ex hac stirpe nuper Palatino Francisca Schanin. Sacræ fun- dationi bene precatus est Szer- lepcsenius, eámque stabilit- lit, & solenni causa- rum disceptationi Tyrnavia- hoc

hoc anno pro munere Regii
vicarii præest. GrataM DEO ac-
cidisse precationem Præfulis
tot oppida sunt argumento,
in quo teneræ ætatis bono,
ac Christianæ Disciplinæ in-
cremento hanc Sanctam Fa-
miliam hodie spectamus. Jam
quæ intestino bello ad exci-
dium Patriæ gesta sint, com-
memoremus.

Hactenus Stephani Wesselé-
nij auspiciis, ductuque perbac-
chabantur malecontenti. De-
inceps Tokelius civilem insani-
am auctoritate, manu, & con-
silio reget. Erat Stephanus præ-
stanti vir ingenio, & si meliori
in causa id exercuisset, admo-
nendum laudatus. Nè diutius abu-
intatur præclara indole, nè cu-
ze mulet piacula, ætas, & morbi
belli laboribus, curisq; inutile
faret eddiderant. Ille ad justa ætatē
adolevisse, jamque valere
100

*Stephanus
Wesselinius
bellare desi-
m.*

robore animi, & corporis credebatur. Quid verò hoc hominis fuerit, paucis indicasse juverit ex Historia M. Leopoldi. Natus est gente inter Ungaros nobili, ac pervetusta; Emerici Tū- corpore decoro, animo vivaci, kólii indoles. ingenio mirè facundo, ac prompto. Ejus genitor oppressâ Nadasiâ conjurazione, cuius pars magna fuerat, in gentilicio castello, foveendis ex occulto conspiratorum consiliis insensatus, etatis reliquum exegit. Hic cùm ab Heistero oppugnatur, vivere, ac rebellare desiit. Emericus Filius cum Keczero, Petroczio, Barkoczio opportunâ fugâ, in Poloniam spē aliqua impetranda Regis intercessu venia cum sociis evan- sit. Eares cùm traheretur diutius, & perversis suis oribus facilè obtemperaret; in Transylvaniam concessit. Delecta-

tus ingenio minimè vulgari A-
paffius, brevi in amicitiam, ac
consiliorum intima admisit; sic,
ut nihil parvum, magnum isto
inconsulto ageret. Si fidem,
quam Regi debebat, Pater sal-
vam præstitisset, ampliarum, ^{Patrimo-}
^{nium.} opulentarumque quatuor Di-
nastiarum cernere poterat hæ-
reditatem. Nam Stephanus
Arvam, Likavam, Kismárkum
perpetuo jure possidebat. Ro-
sembergam à Comite Georgio
Illéshazio, liberis orbo, pignori
acceperat, ob summam haud
exiguam, quam ante traditio-
nem, Rosemburgæ frequenta-
tis identidē oni luxu conviviis,
unā ferè absumpserant. Facile
centies mille imperiales ex his
dinastiis percipiebat quot an-
nis, cum præterea è latifundiis
in Transylvania quinquagies
mille florenos colligeret.

Fæderati post interceptam
B 3 Nag-

Federato-
rum appa-
ratus pro
expeditione.

Nagybanyam inita in Somlyó
consultatione censuerunt de-
ducendas in hyberna copias,
idq; præter Debreczimum po-
tiūs, quām in Transylvaniam;
ut oculos Turcarum bellum
adversus Cæsarem vetantium
effugiant. Hyeme de nece-
sariis ad repetendam primo
tempore expeditionem actū.
Bethunius explendos ab se,
quot receperat, auxiliarium
numeros identidem confirma-
bat. Ut sibi idem efficere per
Portam fas sit, cum Ungaris
Constantinopoli Apaffius ob-
secrat, & quamvis impetra-
rent nihil, Turcis, nè ratio-
nem quidē, cur non añuerent,
indicantibus, ad inferendū bel-
lū primo vere cōparata habent
Önia, præter tormenta. ESzé-
kelhidensi, sui juris, castello A-
paffius duodena obtulit. Hæc
dum petuntur, Protribuno de
Glon,

Protribuni
de Glon a-
mentia.

Glon, viro in Legione Souche-
fii, machinali scientia claro, &
Wesselinianæ conjurationis
participi prius, ac vel contin-
gerentur, fatalia existunt. Ubi
conjurationis flagitium, sup-
plicio Principum, à quibus fa-
cta, expiatum est, non con-
sortium modò, sed conscienc-
tiam ejus, pariseveritate, vindi-
candam edictum. Quem di-
xi, Protribunum hæc denun-
ciatio, an lapsæ mentis error?
ex Ungaria in Poloniam, mox
Dantiscum, denique in Tran-
sylvaniam ejecerat. In quo-
cunque oppido esset, obiit au-
tem identidem alia ex aliis, ut
in quemque Germanorum in-
ciderat, vestigia avertebat,
apparitorem comprehenden-
do imminentem existimans.
In Transylvania sui securior fa-
cile à Principe stipendium im-
petrat, non id quidem largum,

sed quò servatam, anxia tot locorum mutatione, vitam haud incommodè sustentaret. Illic Abbatem diu non latuit. Post pauca de re bellica colloquia ità se ei approbat, ut, velut magnæ solertia, & usus advenam, auctiore stipendio adjungendum fœderi duceret. Cum literis ab eodem ad Dominum de Forval suarum plenis laudum proficisci Székelhildam, ut donata in expeditionem tormenta inspiciat, atque usibus adaptet, vetus ab Germanis metus redit. Verebatur, nè in castrum Cæsaris ditioni proximum mittatur, ut dedatur ad pœnas, quò propinquabat magis Székelhildæ, hoc in eam opinionem prorior. In eo animi æstu meditatur epistolam, perfidiam Abbatis infectatus, qui talem gratiam redderet operæ bona fide

fide fœderatis promissæ. Mox qualem conceperat, convitiis nimirum refertam, conscribit, cùmque Székelhida esset in conspectu, jam nihil dubitat ire se in exitium, quod vitari nequeat. Nè igitur ignobili carnificis manu intereat, in murum Templi, quod subcuntibus Székelhildam occurrerbat, reclinis, impositis capiti ad Abbatem literis, manuali sclopo, sibi, ipse carnifex, mortem consciscit.

Vere omnium primi ad *Conveniunt Fœderati.*
Nagybányā ad pulēre Transylvani. Post hos à Bethunio submissi è Polonia. Aderāt postremi, qui ad Debreczinū hibernabant. Abbatem adhuc diutius Apassius in Transylvania retinet, rogantem, ut Emericum Tókelium, & Michaelem Telekiū, atque hunc exercitui Ducem, in castra ab se dimit-

tat. Dudum id Telekio in votis erat ; sed repugnabat Apaf-sius , quod eo omnibus in rebus domi uteretur & consilia-riō , & ministrō . Exorari de-
inum se passus est tanto cum Telekilis gaudio , ut mox in-
stauraret familiaritatē cū Ab-
bate , quam haud modicē deli-
baverat contracta ægrimonie ,
quod in communi , ob partam
de Schmidio victoriam , læti-
tia , ad frequentatas magnifi-
cas epulas nunquam ab Abba-
te è Kóvariensi Castro invita-
tus esset . Tökeliūm quingenti
de Hungara nobilitate assecta-
bantur in castris , atque præliis
contra virū hostium , nec non
alias injurias tutatores . Emeri-
cus Balassa adventum hono-
randi causā ducentos , nescio
ubi , aut quo pacto intercep-
tos germanos , prodeunti è Transylvania sistit obviam ,
nun-

nuncians : totidem Cæsareas aves ab se muneri mitti, ductō è vernacula jocō ; nam atageneſ Ungari vocant Cæſareas aves. Paulum Wesseliniū Francisci ex Stephano Fratre nepotem penitus domi retinuit contracta cum Domino de Forval ſimultas. Hic indignabatur , quod ab Debreczino tardius, quam repetitis nunciis vocaretur , ſe Transylvanis junxit. Gravem illi dolorem inuifit iustum ſe haud consulto. foedus cum Bethunio. Et ſatis erat , ut valere juberet caſtra , in quibus auctō foederatorum numerō priſtinum locum retinere amplius non poſſet.

Fortè auditione acceperant Telekii lite Würmum cum quinque milibus Ungvarinum versùs tendere. Posſe reprimi , aut etiam clade affligi à prægravanti-

bus numerō credebatur. Te-
lekio universi (ut ajebat, &
quaquaversum scribebat) e-
xercitus ex Hungaris, Transyl-
vanis , aliisque auxiliaribus
gentibus pro DEO, & Patria
militantibus compositi Duci,
ante omnia è promotis ad
Szinyes Vár allya castris pla-
cuit literis ad deditonem , &
fœdus Nobilitatem Ungensem
invitare. Miseram, ajebat, uni-
versarum sub Cælo , velut ob-
noxiarum mutationi, rerum
conditionem nimis quam clare
conspici in Regno Ungariæ
non diu antea longè , latéque
metu, & gloriâ Nominis Pro-
vincias percellentis. Meruisse,
ne ullo habeantur hodie in
pretio, sed despiciatui, & ludi-
brio sint pressis à se domina-
tione ; qui nuper voluntate se
in clientelam exterorum abje-
cissent. Pridem captam , pera-
Etiam

Etiam denique esse Regni, ma-
 jori parte, in barbaros trans-
 lationem, ortas domesticarum
 Religionum insectationes,
 ministrorum exilia, ad transtra
 condemnationem, adhibitos
 miseris cruciatus, plures in
 iis etiam auditu horridis mor-
 tē opetiisse. Huc referebat mi-
 nutim reliqua, quae in titulum
 belli prætexta sparsim com-
 memoravimus, neque hic va-
 cat repetere. Tum precabatur:
 acerbissimam Gentis sortem
 miseretur DEUS, & intuens
 quae ad ejus exitium fierent
 jam specie juvandæ, jam aper-
 tè maligno animo, defixis, ad
 eoru iniuitatē, atque insolentia-
 tiā, stupore, Christianis,
 commoveatur ad eripiendam
 tot ærumnis. Hæc fieri cum
 manifesta vetustorum Ungari-
 æ morum, legumque injuria,

adversus recentium , & anti-
quorum Regum consuetudi-
nes; contra fidem adeò diplo-
matum Leopoldi. Deprecatio-
nibus Principem Apaffium, su-
um herum, Ungariam preci-
bus, lachrimisque institisse, ut le-
tot injuriæ intersistantur. Sup-
plices eâ causâ ad Regem li-
bellos, Ministrorum prensati-
ones, modestas in tanta acer-
bitate querelas juvisse nihil ei-
nisi, ut afflicti aduncō suspen-
derentur nafō, aut spe promis-
si remedii diutiūs continua-
rent injuriæ. Coactos confu-
gere ad supremum , quod An-
dreas II. constituit ad
versus prævaricatores Reges a
præsidium, exilio esse mulctæ
tos. Hæc deploranda Regni
alioqui bellica virtute clar-
conditio graviter affecit Tur-
carum Imperatorem Exinde
tegendos sua Majestate su-
sccepit.

i-scepit, quodque orbem stu-
 i-pore defigere queat, suo pa-
 ne aluit. Spondere possum re-
 liquæ quoque Gentis causam
 singulari charitate complexu-
 rum, modò nè insanè benevo-
 lentissimi Principis auxilium
 fastidiant, aut interturbent.
 li- Adhæc Transylvaniæ Princeps
 ti- Christiano, erga miseros Co-
 gnatos, affectu, & oppressos
 il, erigendi cupiditate, non pro-
 prii emolumenti curâ, opes,
 ii virésque sui Regni offert. Præ-
 stò sunt fædera aliarum natio-
 num. DEO freti erigite ani-
 mos. Felicissima hac regione
 id Majores vestros donavit. Iis
 ei adversantes fæpius multo pu-
 ta dore suffudit. Hos quoque ju-
 pi ratarum legum, pactorumq;
 an prævaricatores confundet.
 ur Opressos iniquo jugo eximet
 de Tuendis adsum pro finibus
 su cum cognatis Dacorum copi-
 is.

is. Evidem studio, Evangelianæ Religionis agimur, at odiorum Romanorum, DEUM testor, nihil molmur. Tametsi conculcatæ Religiones non omnines tangant, universis infixus animo hæret dolor è casu immancipiorum statum à summæ Nobilitate. Confidite: DEI viam ad publicam salutem, atque ad avitam libertatem. Ex dicat, flagella, quæ commecruimus, divina justitia dimititur. Cœlum consilio recuperandæ dignitatis impertie successum, modò exterum dominatum, nè præferamus cognato sanguini, cessent dissensiones, exuamus simulates, quæ Ungarorum vires extenuant, & conjunctim, rescipli privatorum emolumentorum curâ, incumbamus uno animo in libertatem gentes. Per Patriæ charitatem, per DEI animæ

(4)

Ianimæ , Hungarici sanguinis
oamorem obtestor ! præsentissi-
ma gentis ruina quemque per-
cellat. Viduarum orphano-
rumque gemitus tangant cor-
isda fratrum. Plebis sub onere
nimmanium exactionum fatis-
acentis , ceterorum indigna-
squæque perferentium misera-
tio subeat Christianos animos
Extimescite posterorum judi-
cium , & execrationes , quin
torbis subsannationem. Executi-
te veternum , respirate ab
edethargo. Salubri Majorum e-
xemplo oblatæ Divinitus oc-
casioni nè decstote. Dilapsæ
il malo vestro sentictis irrepara-
bile detrimentum. Cum popu-
laribus vestris , mecum , arma-
sia alacriter capessite , & rescissa
imorâ , ad agendum pro com-
muni salute , conjunctim festi-
nate. Pro ea , quæ Christiani
hominis dictis debetur fide ,
spon-

spondeo, quisquis nobiscum
 consociarit consilia; commu-
 némque causam adjuverit, &
 nihil detrimenti à fœderat-
 militia capturum. Contra-
 qui castris abfuerint, & negli-
 eto consensu publico privata
 rationes sectabuntur, si no-
 stro proposito, adeoque pub-
 blico Ungariæ bono adver-
 buntur, clàm palamve quid
 piám in nos moliendo, DEUM
 totumque orbem testor, no-
 numero Ungaroruim, sed Un-
 garia labes, Patriæ hostes, a
 Gentis proditores habendo
 Eorum villæ, prædia, & qua-
 cunque facultates compilato-
 buntur, aut in cineres redi-
 gentur. Ipsi, ubi in nostran-
 venerint potestatē nulla misere-
 ratione mala omnia experien-
 tur. Ita Telekius, ad extremum
 jubens omnes valere, & ob-
 oculos Ungaricam virtutem
 habere semper. Seco

Sed hæ literæ parùm admo-
 dum juvère fœdus , minus va-
 luere Telekii auspicia. Duode-
 cimviralem , ex obnoxiis suo
 homini , magnam partem , con-
 stituit Senatum , sinè cuius au-
 thoritate nihil Polonis , nihil
 Ungaris , Transylvanicæ ag-
 gredi fas esset. Cùm diei iti-
 nere ab Szinyes Vár allya abef-
 sent , in hoc senatu accitis Bo-
 lhamo , de Forval , aliisque Du-
 octoribus coram Telekio disce-
 ptatum , qui conatibus Wurmii
 occurrendum , quid in rem po-
 tissimum eo profligato ten-
 tantum ? Verùm penè singu-
 larum contrariæ erant senten-
 ciatæ. Qua dissensione tanta in-
 dignatio Domino de Forval
 se oboritur , ut exclamaret : sic
 icur in opprobrium nationis.
 Franci querimonia offensio-
 nem affert Telekio , quam nun-
 quam condonatam velit. Dum
 eum

eum in modum disceptant
nec à jurgiis temperant, W
mius novò consiliò Eperje
num refert pedem, & victor
riæ, quam spē momorderat
irritos reddit. Bohamus, c
terique Præfecti iracundiâ e
ardescunt. Quibus impar Tele
kius Kővárinum, ubi alias a
licis liberior curis genio indu
gere sueverat, è castris se pr
ripit, nulla re peracta, præt
interceptos, muralibus to
mentis farciendis, centum fu
reos globos. Dilapsam rere
gerendarum opportunitate
Abbas Telekio imputat,
pessimè literis accipit. Ide
miranti, quòd usque adeò
cerbè id auctoritatis virum ex
agitaret, alias literas, &
his: *Hæc est libertas Gallicæ*
nec præterea quidquam, re
ponit. Quidquid postea age
ret Telekius, damnabatur Ab
bati

inati; quidquid moliretur, hic
intervertebat, dum Apafii
jux alterum alteri conci-
stat. Telekius erat numerosæ,
antque opibus non minus, quam
uthoritate florentis hodie
er Daciam stirpis Telekiorum,
elvus. Zsolyomii. Dinastræ co-
piosi, quem altero propinquia-
tis gradu contingebat, hæ-
ores. Nam Zsolyomius, è pa-
et alysi, dum venatur lassitudine,
tatu lapsu ex equo, contracta,
sequitum post diem moriturus,
nnulla suscepta prole ex sterili,
altero jam matrimonio, Isab-
la, Sigismundi Bánffii gnata, su-
as opes patrueli Fratri supre-
ma voluntatis tabulis legavit;
quas ille ad rem attentus, at-
que à solertia instructior, ma-
jorem in modum auxit. Apaf-
fio ita se probavit, ut ejus ar-
ganorum conscius, & transa-
ctor, ac præcipuum Regimi-
nis

nis instrumentum foret. Carteris plerisque omnibus, ob pretentiam arrogantiæ conjunctam, metuebatur. Non id lauit Leopoldum; hinc beneficiis sibi quoque devincendum existimavit, ac revera liquanto post arctè adstringet. Fuisse virum severo, cupidóque supra modum ingenio fama est, unde hodieque haud bene audit.

*Tökelius malecomen-
tos gubernare occipit.*

Vix è castris pedem etule rat, Tökelius universi exercitūs acclamatione Princeps atque Imperator salutatur. Tum uncō, palóque in eos propositō, qui generali coniurrectioni se subducerent, quantum nemo antè, viginti facilè millia sub signa coegerit. Quid faceret Leopoldus in intendentibus sese identidem hostibus ex diversis nationibus in Ungaria, cui satis nego-

erat ab Gallis in Germania,
ro numero hostium curas,
aborésque augere, & omni-
us magno animo ire obviām;
sic viribus, alibi artibus, ubi-
ue appositè, verum nusquam
illo successu. Et Constantino-
politanos quidem per Hoff-
mannum sacratori, bellicó-
que senatui ab arcanis, æqui-
atis, & datæ fidei *colendi pa-*
rem in vicenos annos duxit
ommonendos. Malè cohæ-
re cum sancta inter Impera-
tores amicitia alterius subdivi-
sos sub signis alteri infestis mi-
ritantes; inhiberent tot fævas
excursiones, atque efficerent,
nè heris pacem habentibus, u-
t triusque Provinciae beli malis
confiantur. Turmæ aliquot
varadinensem in agrum, ve-
nient in asylum insequenti Cop-
nio subterfugerant. Mittit ho-
ninem ad Passam, qui dice-
ret:

ret : pacem hoc ferre , ut n
in alterius ditione , alteriu
perduellibus sit perfugium
Renunciat ille , parum amic
perduelles sint , an boni C
ves ? suum non esse , ut inqu
rat ; certè neque Sultanni h
stes , & quòd suo ærè sinè m
leficio viverent , incolis gr
tos , neque ab se repulsum i
Vezirius ipse haud paulò ins
lentiùs Hoffmanno : nihil d
inceps Ungaris in Turcis pr
sidii fore , si Cæsar in benef
cii gratiam , annum tributus
dependere in animum induc
ret . Varadinensem tamen , q
maleficiorum præcipuus al
ector deferebatur , seu reapt
velut reum , seu eo prætexte
facturi conquerentibus in sp
ciem satis , laqueō interfici
unt . Majori cura colendæ in
posterum pacis spem fecerat
hæc severitas ; sed illico vanu

it. Designatum Ujvarino Gu-
bernatorem in itinere ad ca-
pessendam præfecturam cum
ducentis comitibus nostri
cædunt. Nil proprius erat, ac,
ut apertos, posita simulatio-
ne, se nobis hostes præstent.
Quanquam enim multiplici-
um in Christiano solo cædium,
ac rapinarum ultionem ex-
prompserimus; Budensis ta-
men, quasi non propulsare-
mus, sed inferremus injurias,
omnia mala à Sultano denun-
ciat, ac penè mox inducias,
velut fœdifragis, renunciat;
neque intra minas resistit. In-
stituta raptim expeditione in
Vadkertensem, & Szantovien-
sem agrum obvia quæque pro-
terit, pagos vastat, & cum in-
genti præda ducentos in ser-
vitutem abstrahit.

Transylvanic, ut revocen-
tur ex Ungaria ad tuendos

Paułus Boldi

*tumultus
ciet in Trans-*

sylvania.



KÖNYVGYARA
SZERED

proprios lares invicem committendis, Apaffio in Paulo Bel-
di veterem hostem exsuscitare
domi consilium fuit. Ille opibus,
clientelis, spiritibus inflatus ad Transylvaniæ Princi-
patum, veluti plura offerent
venalem, cupiditatem adje-
cerat. Mox clientes, armatos
que ex populo, & nobilitate
Dacica sub signa conscribitur
atque ante omnia muneribus
præfectorum aliquos Bizantii
ambitioni conciliat. Tempus
hoc visum est Ungaris, quo
Principem alioquin primum de-
penitus suum facerent. Suanza
operâ offerunt circumventoju-
quantum cogi posset Socio-
rum evocant ex Ungaria, vi-
ctoriam Apaffio asserunt. Bel-
dius cum Cancellario Thom-
Bethlen, tribusque Ducibus
in Valachiam evadit. Ut resum-
mat fortia consilia, hortabam-

mur; si Turcæ suffragatores accedant, prona fore omnia, accessuros autē, si ad prensandos quatuor sequestri Constantinopolim allegentur. Non dum animo dejectus Beldius, instaurato ex Valachis exercitu, imminebat in novum præsolum, & amicos Constantino-polip per suos obibat. Cæsareorum ad portam negotiorum gestor, eos Viennâ adjuvare modis omnibus, jussus erat; nec defuit impositi muneris partibus. Sadtlerus ad hæc eodem proposito festinabat Bi-zantium. Verūm hic quoque ojuxta Leopoldi, & Beldri industriam successus destituit. Beldiani, in appellatum à septem turribus carcerē, retruduntur Constantinopoli: Bel-dio perferuntur à Sultano sumandata: arma poneret, ita magnaum Dominum fieri velle;

ni pareat, Varadinensem Pas-
sam, perduellium pœnas, de eo
sumpturum. Sadtlerus mali-
gna febri in itinere extingui-
tur; quodque incommodius
accidit, literæ, cum necessa-
ria ad tractandam Beldianam
causam instructione, in manus
Tökeli incident, è quibus
non pauca usui futura discet.

Inde Apaffii ægrimonie. E Beldii machinamentis A-
paffius ingentem animo hau-
sit dolorem, mærorémque
Unde dum hæc scena finiret
procul arbitris spem inter &
metum pertinaciter in solitu-
dine latebat. Abbas adeò, cu-
alioqui nimis quam insueve-
rat, cultum mutare necesse ha-
buit, ut alloquium à squalido
& trepidante impetraret. Ub-
Gallico amictu posito Ung-
rum incedere accepit, con-
spiciendæ istius metamorpho-
seos cupidus, hominem ad
mic

mittit, & delectatus nova spe-
cie, cùm discinctum intuetur,
id quod illa ætate honestis
Viris, contrà atque nunc, pro-
bro vertebatur, suo cingulo
adstringit. Tantam porrò tem-
pestatem Ungarorum præci-
puè operâ fractam cernens,
velut ad excitatam animo, &
toto pectore tremebat, jam
auxiliarium suorum partes ve-
hementius complexus, adver-
sus Cæsarem, conjurationis su-
um in caput altorem, odio, &
vindictæ cupidine exardescit.

Gabriel Kapi non genere *Nicolaus*
magis inter Ungaros Optima- *Bethlen, &*
tes, quàm propriarum virtu- *Gabriel Ka-*
tum meritô clarus, post con- *pi propter*
tractas cum Isabella, primùm *Beldii ma-*
Barcsaij Principis, dein Zso- *chinationes*
lyomii Comitis vidua, raræ *non apertas*
formæ Matrona, nuptias, agita-
bat inter hæc studia in Tran-
sylvania, & cum Nicolao

Bethlen amicitiam coluerat. se
Fortè uterque in Beldii arca- na
norum conscientiam , aut ma- ci
gis suspicionem venere, idque e
Apaffio suboluerat. Datis ea pro
propter in vincula saluti fuit, su
quod quæ noverant, texerānt que
silentio , adhibitis testibus P
probari non possent. Non p
enim dolō malō reticuisse C
conjunctionem crediti sunt, F
cujus reatum probare co- il
guntur , quicunque eum ob- N
jiciunt , & pœnas, si objectum g
non comprobent , è legibus b
Regni luunt. Nè ego quoque b
reus silentii in Illustrium Viro- g
rum laudibus peragar , juvat E
hic adscribere Kapii , & Beth- t
lenii sanè commemorabilem i
sobrietatem. Helluandi licen- t
tia usque increverat , ut penè c
in encomiis , temperantia in I
probris Nobiliū numeraretur.
Kapius tamen , & Bethlenius se r
se

t. se pæctis, seu domi suæ, seu alie-
a. næ, in coñessionibus ad par-
a. cissimum vini usum obligârunt,
ne constituto devotorum tem-
a. perantiaæ cætu , in quem alios
t. luper alios aggregarent. Ne-
t. que id hic loci tacuerim:
us Paulum Beldi Germani Scri-
ptores Pædipolum vocant.
Quis non Græcæ potius, quam
Hunnicæ originis hominem
istius Nominis arbitraretur?
Nostræ vernaculæ mos est co-
gnomina præponere nominî-
bus. Ejus moris ignorantia a-
pud exteròs , quod dixi , co-
gnomentum Beldio fecit; nos
Beldi Pál dicimus , quod La-
tini Paulum Beldi reddunt ,
illi Pædipolum appellârunt.

Desperata Apaffi à foedera-
tis separatione ad placandum
cum Asseclis Tökeliū fidos *Frustrā*
Proceres cogere Posonium *cum Tököl-*
rursus placuit. Advenerat Vi- *lio tractatur*
de pace.

ennâ etiam Baro Hocker. Au-
læ Cancellarius. Ungari, quod re
antehac sæpius , ajebant, re-
movendas causas, quæ Cives, tu-
& Regem distraherent, atque P
invicem committerent, redi-
turam mox tranquillitatem.
Tekelianos veteris regiminis
desideriô , ac novi odiô fure-
re. Populum exactionibus in-
suetum , quin oneri imparem
à mente, à consilio , & spe de-
seri. Desperatos nullum discri-
men , nullum scelus reformi-
dare. Nobilitatem, præfectu-
ras armorum , & ærarii impa-
tienter reposcere, ademptam
in rerum sacrarum cultu liber-
tatem , templa, & Ministros
urere non paucos, ægris omni-
um oculis exterum militen-
aspici. Omnes suspirare Pala-
tinum. Exasperatos hunc in-
modum , ideoque discordes,
furentésque Cives, revocato-

ad normam veterum legum
regimine liberi populi, proti-
nus in mutuam gratiam redi-
sturos, & simultatem cum
Principe posituros. Hæc ra-
dio restituendæ tranquillitatis
nunquam probabatur Regiis
Consiliaris, Hockero etiam
offensionem, ceu sæpius at-
que intempestivè occantata,
attulit. Dum in eandem sen-
tentiam iterum, iterumque
differentes, inquis auribus, ac-
cipit, præcipitatione, & ira-
tu cundiâ exardescens Ungari-
pa cum nomen probris, convi-
ciisque proscindit, & perduel-
les, nullo eximio, appellat. Tam
effœnis maledicentia haud
modicum omnibus inussit do-
lorem. Miserorum hæredia
rapinis, & incendiis à Tokelia-
nis exinaniebantur. In captos,
velut proditores, multò, quàm
in Germanos, severius, squal-

*Hockerus
aulæ Can-
cellarius Un-
garos convi-
tiis proscin-
dit.*

lore carcerum ac vinculis sæ-
 viebatur. Non adversæ partis
 captivis de more Christiano-
 rum p̄mutati, sed , ceu bar-
 bari, gravi pecuniæ summâ re-
 dempti, restituebantur liber-
 tati. Qui salutem armis è mu-
 nitioribus locis tutarentur ,
 non ut legitimos hostes , sed
 desertores, ac paricidas devo-
 vebant. Perduellium numero
 censeri , pérque ora hominum
 eo nomine traduci ab iis , pro
 quibus tanta exhauseris, quām
 acerba conditio ! Universos
 quidem nimium quantum, sed
 Thomam Palffium, supra cæte-
 ros, Hockeri dicacitas pupu-
 git. Inficiatur, quæ pauci pec-
 câssent , à natione præstari
 oportere. Nè obscuris, teme-
 rariisque suspicionibus gen-
 tem læderet. Collectam fa-
 mam , & existimationem po-
 puli non pollui per infamiam
 non-

nonnullorum. Cur nullius ne-
 cimen deferret , si in omnibus
 perduellionis scelus residet ?
 An de Patriis juribus sibi , su-
 isque proloqui nefas sit ? se-
 Regi subjectos, non item man-
 cipia esse. Crimen haud vi-
 deri , quod à Majoribus , dum
 legerent Reges , retentam li-
 bertatis , quacum conduntur
 homines , partem, atque à po-
 steris hæreditate aditam , quo-
 ties Hockerus , & ejus similes
 vellent , delibari non susti-
 nerent , aut præter fas immi-
 nutam restitui , fidenter pete-
 rent. Imperarétnē in speci-
 men fidei , nè mutiant , inge-
 miscantve , dum pro libidine
 exterorum deglubuntur , aut
 assentiantur nullâ curâ , aqua,
 an iniqua imperentur , applau-
 dantque , seu ex Legibus , seu
 præter Leges officium exigatur.
 Quamquam quid ab Un-

garis exposcat Hockerus , fib
pensi non esse. De æquitat
Regis haud paulò melioreni
opinionem insidere Ungaro
rum animis. Retulit Hocke
rus : Beatum enim vero for
Leopoldum , si vel decimo i
Ungaris fides adversùs Regen
constaret. Tum Palffius im
potenti iracundia commo
tior : si Hockeri voluntatibus
adversentur , si superba illius
gregalium imperia despiciant
Majestatis crimine haud tene
ri. Nullum, ex omni numero
Germanorum, præter Leopol
dum sibi esse Regem , Hocke
rum , cæterosque , ejusdem
cum Ungaris Domini servos
& esse , & ab se haberi , neque
unquam pro Dominis haben
dos. Utì honoratoria , præ il
lis , subsellia ipsi non ambirent
in Germania , sic passuros nun
quam , ut ante se in Ungaria
ha-

fib habeantur. Ad extremum *Vicissim à
at Nebulonem compellat, & a- C. Thoma
en liis ejusmodi, quæ bilis abun- Palfio acer-
ro dè sufficit, maledictis co- bius exagita-
ke piosè exagitat.* Plura di- tur.
 or eturi orationem abruptit Co-
is mes Batthyanius. Migremus
en hinc, inquit, & quamvis pe-
m dibus captus, vincente arti-
culorum dolorem contume-
liæ sensu, exilit. Cæteri ni-
hil sibi cum Tökelio, nihil
cum malecontentis interce-
dere, suam fidem in Principem
multis, magnisque rebus spe-
statam, magno cum fremitu
contestantes, infecto negotio
discedunt. Forgachius sub-
jecit: exploratum esse, qua
fide nuper Hokerus Friburgo,
ubi natus, contra circumfu-
sos hostes, consuluerit; indi-
cans, dum populares suos hy-
bernorum molestiis levat re-
clamante Lotharingo, Fri-
bur-

burgum cuin prævalida arce
 & congestis huc Brisgoja
 opibus, Gallorum cupiditat^e
 exposuisse, & suscepta impa-
 ribus viribus defensione à te-
 mui præsidio, post quinquaginta
 dierum oppugnationem dedit
 tum prodidisse. Hokerus in ja-
 stis standis convitiis facundus
 mox elinguis, abeuntes se
 quitur de rebus ab se præclaris
 gestis ad Cæsarem relaturus.

Equidem addecebat Antiqui
 stitis mansuetudinem, ut ca-
 lumniam sedatiūs accipiat; sed
 quod non uni Thomæ pro-
 brum petulans lingua intulit
 set, verūm universim, omni
 retro ætate, illibatae fidei lau-
 de illustre, supra Hocheros
 Palffitorum nomen inquinat
 set, velut in aliena causa rupit
 patientiam. Quamvis enim
 Hockeri male fidei infamia
 procul essent, non perinde
 dif-

Refellitur
 Hokerus.

et difficillimis temporibus, atque Palffii ad unum omnes, atque iam causam constanter paucitati sunt inter disceptatas ceteris toties lites subditorum uadversum Principes. Fortè dietiam contra Hockerum que-
 jauitis, & quid ad restituendam
 Remp. ex usu censerent per-
 scribentibus, præter exspecta-
 rationem responsum est. Inde
 rursus plurimum doloris, at-
 tique acerbitatis. Quid enim?
 Vesselinus, Zinius, Fran-
 gepanus, Summates, meritis
 ro de Regno, de Domo Austria-
 lia, de Ecclesia latè inclaue-
 inrant. Rerum gestarum magni-
 tudine perculerant Orientem.
 Cuivis opes, nobilitas, di-
 gnitates, omnia denique de-
 cora aderant, quæ Principum
 in gratiam, & existimationem
 omnium conciliant. Rebel-
 lionis suspicione perstricti in-
 star

star latronum comprehen-
duntur, capitis causam dicun-
t convicti opibus, honore, ve-
tâ multantur, innoxiis son-
tium liberis abjudicantur c-
ræ, cognomenta, Patrimo-
nium, damnantur pereñi eg-
state. Quibus insedit eadē
suspicio è media nobilitate, a-
trecentos, citantur, raptan-
turque ad tribunal, pro salut-
dictionem faciunt, actionem
depellunt à capitibus, pauc-
absolvuntur; hi carnificis ma-
nu jugulantur, illi dispolian-
tur facultatibus, plerique i-
carceres retruduntur. Ex e-
questri ordine, è statu Pro-
cerum, civiumque numerus
ingens non conveniuntur i-
jus. Nullius probri se com-
pertos contestantur, quin su-
i Principem officia libere ex-
plicant, extollunt fidem, in-
tegritatemque non sine invi-
dia

eria aliorum. Nemo in sui lau-
 nibus fors nimios interpellat,
 nemo refellit, nemo cuius-
 onam nomen ad judicium de-
 cernit, actionem intendit nemo.
 Quis non id genus homines
 extra contagionem, quin su-
 spicionem delictorum, cives
 a frugi, integros vitæ, sceleris-
 que puros, persuasissimum ha-
 beret, Ad hæc alios ad sub-
 en limiorem Nobilitatis gradum
 u attollit Rex, non paucis opu-
 na lita Sacerdotia, civiles, mi-
 litarésque præfecturas credit,
 i aliis alios muneribus, gratiis-
 e que cumulat. In exempli spe-
 ro ciem nonnullos promimus.
 Annō, ad quem sumus, Franc.
 Barkoczio, & Stephano Zi-
 chio Comitum; hinc altero
 Nicolao Andrásio, & univer-
 sæ utriusque prosapiæ titulos,
 atque insignia Baronum im-
 pertiit. Valentini Homonai
 Theo-

Quæ fuerit
 Leopoldi Re-
 gis sententia
 de fide Unga-
 rorum.

Theologiam in Tyrnavier
Atheneo propugnantis, jām
que in Collegio Strigonie
sium Canonicorum rescript
doctrinam aureâ catenâ p
Szelepcsénium collo inser
ornavit. Nicolao Keglevi
de Buzin Tornensem Dina
am, atque alia diversis in R
gionibus sita latifundia m
conferet. Franciscum Bec
kereki domo, ac vineis Tal
ensibus, Georg. Reczki in po
nam defectionis ademptis,
neratur. Curiam Szörd, P
gos Csap, Rád, Aszvány, C
falva in Beregiensi Provinci
Stephani Bocskai juris, se
quo sumptis in Regem arm
exciderat, cognato ejus, Al
xandro Vécsei, confert. M
neribus adjicit cujusque pro
priias, & Majorum laudes, à
de in se, decessores Reges,

estustriacum nomen , & rebus
anæclarè gestis mutuatas. De
ieandrásio quidem in literis
ipollatæ dignitatis, inquit : sta-
pm ac armis tractandis , &
erastrensibus laboribus matu-
viuisset , cum Mareschallo
asouchesio ad Rakamasz &
Rattmarinum , plerisque item
niliis in expeditionibus , dein
ecn propugnatione Ujvarini , &
alunesta populatione Ungariae ,
poc vicinarum Provinciarum ,
m unquam extimuisse capitis
discrimen , nullam refugisse
pholetiam , non impensas ,
ciut facultatum detimenta
sebnuisse , quodque caput ,
num complures cum Tókelio
Alonjurant , retinuisse con-
stantiam , ejus fidem , atque
Mobservantiam adversus Prin-
cipem promeruisse , ut supre-
ni Comitis autoritate in
Gómerensem Provinciam
ho-

honestaretur. Becskere
fidem strenuitatémque in
fendenda arce Bodokó
hebdomadum spatiō profisi-
batur se munerari doñatione
& iacturas facultatum , duc-
à Rege stat, convulsarum pa-
inimicos Regis , compensa-
Tametsi pretio traderet, quā
diximus , Curiam , & pag-
Vécseio , propter eximia,
multa ejus merita de Corone
Ungariæ , & de Austriaca Dne-
mo , tradilongè infra justu-
el premium , quinque millibet
Ungaricalium subjicieb-
Dum omnibus ex sacro orde-
ne potestatem disponendi pa-
suis facultatibus, mortis caue-
stabilit , constanti univer-
rum , neque unquam ulla
spicione delibatae fidei ,
& perutilibus obsequiis id
fert.

re Neque mulcendis quæsita
Leopoldo sunt hæc Hunga-
rum præconia. Alii cum
fiistro Andrásio, Nicolai Filio,
onucibus Strasoldo, & Les-
dio, alii Valentino Balassa
paulo Eszterhazio, Nicolao
salffio, Francisco, & Ste-
phano Barkocziis, Nadasdio,
agzoborio, Georgio Erdö-
a, &c. Imperatoribus, sub
roeculiaribus signis non ferrum
Dnoddò pro Regio jure confe-
tuebant cum Tökelianis, sed
libetiam Germanorum, Regis,
Patriæ hostium, perfidiam
prætegebant, atque occupa-
li paut solertiâ. Muraniam ar-
autem, nulla vi expugnabilem,
præclari Custodes pretio Tur-
cis dedere parabant: & pro-
, didissent hoc subjectæ Regio-
nis præsidium, nisi Barkoczia-
nos Ungaros Turcarum habi-
tu, sermonéque decepti per
no-

noctis tenebras intra mura
recepissent. Perfidiae aucto-
res meritis mox suppliciis m-
etati sunt. Ziccius Tatten-
Præfecto, ac pro-Gubern-
tore Jaurinensi editus, no-
æquavit modò Patrem Præ-
fectorum Tatteensis, mox Ja-
rinensis Pro-Governator; se-
meruit, ut, ex nobiliū ordine
inter liberos Barones, & Co-
filiarios Regios, dein Com-
tes sua cum stirpe referatu-
Quod luculentius fidei, alicui
que industriæ argumentum
usquam reperies, aut requi-
ras, quam ejus administratio
ni ærarium, custodiæ sacra-
coronam, gliscente civili be-
lo, creditam? Quid à fidissimis
exspectare Principes queant
quod Paulus Eszterhazi ho-
tempore non præstitisset is-
dum Leopoldus Principem
Sac. Rom. Imp. appellat, me-
mo

oratur pollicitationes ab-
rahentium ab Rege sprevisse,
hibitas minas non extimuis-
, cæsis abductisque aliquot
illibus subditorum , & fer-
ac igni, illata vacuatis tectis
rage, ut Viri constantia la-
refiat, stetisse inmotus , at-
que post jacturas supra vicies
centies mille florenis æstima-
as Cæsaris Regia decedentis
oprem consecutus. Crede-
Paulo , ceterisque ; crede-
illis perfidiae indicibus, vin-
cibuscque præmia decreta ;
udem certè fidei, ac diligen-
æ impensam. Verùm ini-
ua usque infelicibus fuit for-
una, ut Hockero nihil in-
beresseretur , Regi , an-
okolio militarent , & pro-
rebellibus haberentur omnes.
reliquis, prætextu rebellio-
is, propriis à condito Unga-
æ Regno prærogativis, pro-

misericordia exuebantur. Le
poldum jure belli Hungariae
suum in jus afferuisse; nulla
veterum Legum, nulla p
etorum, aut Jurisjurandi
tione, victorem, quas vse
let Leges ferre, & arbitri
dominari posse, clam, palam
dictitabant. Quidquid p
teret, quidquid eriperet, Re
capitibus parceret, ceu
mis benignum, collaudaban
Erat res misera, neque fere
da, quæque sensum doloris
præteriorum annorum, &
dies augescentium calamit
tum ærumnis supra modum
intenderet. Ferendum
minus, hodieque Hungar
ex ore hominum alio nihil
commendationum, ac quod
eodem cum Principibus so
prognati sint, has & alias
genus contumelias audire
cesser habere, ac plerisque

periores , solius originis sor-
iate domi suæ exteris post-
uhaberi.

Id quod innoxiis non potu-
it eâ quoq; caulâ non contin-
vise molestissimum , quòd ii
cpsi , qui Urbes ac castra Regiis
la præsidiis in seffa expugnabant ,
p in Germanos , ac Ungaros
, Regis Clientes cædibus fævi-
bant , injuriam interpretaren-
tur suam , si perduelles dice-
rentur. Contestabantur armis
se non inferri vim , sed illa-
am repelli : defendi faculta-
tis , & hæreditatem , quam
imperatis nulla auctoritate ex-
actionibus exteri diriperent:
o indicari avita beneficia , præ-
fecturas castrorum , & dome-
nitos Magistratus , quos alie-
s pigenæ invaderent. Legum
sanctitatem propugnari , præ-
ter quas imperaretur. Templa ,
s & oppressam conscientiæ li-

*Qua ratione
maleconten-
ti suam ad-
versus Rgem
militiam
excusabant*

bertatem repeti, reposci Patr
 am , quam Germanus usurpa
 set. Hæc , qui facerent , ne
 tiquam agere perduelles , se
 naturæ insiti juris benefici
 uti, quod Andreas, alter istius
 nominis Rex , pridem in pa
 dectas Ungariæ retulisse
 amplissima potestate conce
 Episcopis , Summatibus , No
 bilitati , & Civitatibus cit
 vitium distracti , quod dixi
 sent , Sacramenti , repugna
 di Regibus , quoties à pr
 scriptis Legibus in administra
 tione Regni desciscerent
 Quid ? facultatem hujus
 modi , ajebant , pridem an
 Andream , ab ipso San
 Stephano consecratam esse
 veluti in primo Decret. Lite
 Cap. 4. sanxisset : ut , Re
 gnum Regis animi impote
 tis , atque in Comites ,
 Principes fastidiosi , alienis
 datu

datur , si jura eorum, auctoritatémque conculcaret. Quis de perduellione deferat Nomen utentium potestate , quam Andreas Rex , quin Sanctus ipse Stephanus fecerit , imò Deus inseverit naturæ? Tanto æquius esse, ut Leopoldo probetur , si hanc potestatem exerceant , quanto à pluribus Regum jurejuringando firmata sit. Leopoldus natus adèò , quām administrationem Regni capefferet , vocato in stratem DEO , ut exerceatur , enex animo assenserit. Tam si uix id erat protervorum animis , ut trecenti , Emerico Comite Balassa ductore , reduces secum Rege in gratiam , admittere se favorem , non item petere veniam , profiterentur ; quod hoc delinquentium , ac rebellionem agnoscantium est. Fremebant , si excederet

Regno peregrina militia , & populares reponerentur in castra , eorumque præfecturas si cessarent exactiones , & Ungaris Regium ærarium cum ceteris Magistratibus credere tur ; si omnium conscientiæ libertas in Sacrorum cultu permitteretur , verbo si impetraretur è Legibus , non ex arbitrio , neminem Tókelio , & quotquot cum eo irascerentur , fidum magis Leopoldo aut obsequentiorem fore.

Refelluntur

Quam probabili ratione hæc jactarentur , decerner ad nos non pertinet. Pro certo habemus : Populum accipere leges debere , quas Reddarent , & , si quid asperius insit , mitiores morbos ac oribus remediis perperam depelli , hoc est : perpetuis tunibibus , adeoque Patriæ execilio , Patriæ felicitatem qua-

& ri præpostorè, in medio & ante
 oculos posita res est. Ni
 vehementer fallor, inficiabitur
 nemo, publicas rapinas, Ur-
 bium, castrorumque ruinas,
 pagorum, atque oppidorum
 incendia, mutuas, impunitas-
 que cædes omnibus exactio-
 nibus esse miseriores. Probius
 nunquam consuli Reip quām
 quiete, & malorum patientiā,
 si quæ in illa oriantur, explo-
 ratum. Rerum humanarum
 inconstantiam, quæ calamita-
 tes affert, brevi calamitatū da-
 turā remedia, sperant semper
 sapientes. Nunquam subditos
 defecisse à Principe, quin pro-
 lixā pœnitentiā impatientiam
 imperii luerint, utinam suō
 periculō non didicisset Unga-
 ria. Eam potestatem proinde
 venerandam esse obsequentiā,
 quæ rogata, non lacepsita dare
 consuevit, quod æquum est,

non negari supplicibus , om-
nes profiteamur , necesse est . at
Majores nostri , dum nepotibus pri-
retro nascituris , æquè ac sibi &
leges darent , libertatem , cu-
jus usum concessit natura , ita ne
coercendam censuerunt , ut illa
quamdam servitutis imaginem
utiliter induat sub Magistrati-
bus . Quibus parendum ex de-
creto majorum , aut suffragiis
populi , summus honor unà ha-
bendus , pro communibus qu
amandi parentibus , nec à sub-
ditis minori colendi sunt re-
verentia , quàm si omnes ge-
nuissent . Sapienter admodum
viri nobiles generosæfoboli nil
priùs insurrrant , quàm uniali
Regi adhærere , pro illò , siar
opus est , ponere vitam . Hinc id
Ungaris insitam opinionem , ga
quidquid à Germanis statua-
tur , in perniciem Ungaro-
rum referri , perpetuam indele
Ger-

Germanorum dubitationem,
 atrum ex animo Austriacos
 us principes venerentur Hungari,
 bi & exortam propterea mutu-
 uim gentium quotidianis com-
 tâ merciis colligatarum diffiden-
 tiā certo certius est Hunga-
 riæ, juxta & Austriæ semper
 longè perniciosissimam existi-
 tisse; neutrīs probantibus,
 iis certè haud eâ, quâ par foret,
 solertiâ capeſſentibus, ſive
 quod Germani conſulerent,
 ſive quod fuſcipiendum Un-
 garis in communem rem vide-
 tur.

Dum Palſſius cum Hocke-
 nito diſceptat, oppugnatione
 nikliua Principatum auſpicari
 ſiardebat Tökelius. Et augebat
 iſſiduciam, quod Coppus Un-
 garicorum bellorum præpri-
 mis gnarus, ſeu ſenio, ſeu quia
 o hominis in exigendis suppliciis
 deleveritas non magis, quam

Diversis ie-
 locis velita-
 tiones, & ac-
 ceptæ, ac
 rediſtae clau-
 des.

Strasoldi probabatur Cæsari
 abdicatâ militiâ, Wurmiu p
 mū, dein Leslæum successore
 accepit parùm fortunatos. L
 opoldi è memoria non potu
 evelli ferocia captivos, quo
 quot anno priore habebat
 palo aut gladio necantis,
 imprudentia certam in pern
 ciem sexagenos de suis, atq;
 his Pro Tribunum, Structore
 legionis, & Signiferū, tent
 ab hoste, certā in perniciē ex
 ponentis. Siquidē neq; mitio
 consilia, neq; repetita mand
 ta barbariē corrigerent, ut o
 portunitatē sæviendi adima
 militari imperio iræ in
 potentem exuit. Ad hanc
 Wurmius trahendum be
 lum rebatur, nè excursion
 bus minuatur miles, unde i
 castris ad Eperjesinum sapie
 ter se continebat. Aliquante
 post in inferiorem Ungariam

EXODIUS

Vagum annem cum copiis
prospectabatur, ut cum Leslao,
rebovo Exercitūs Duce, suppe-
Leas, Dinebaldi, Caraffæ, Hol-
zuli, Colalti, Masini Legiones,
lontò recipiat. At tanta oppor-
unitate uti ad suas designati-
ones Tókelio non licuit, quod
rōrmentorum satis ad manum
non haberet. Hæc è privato-
em arcibus conquisiturus
Hungariam datis grandibus da-
e suis percursat; Austriam, at-
que Moraviam æstatis spatio
penetrat, aut terret. Husztum
arcem prævalidam occupat.
ducit ad Munkacsinum, non
in spe invictam arcem, ut
hæc. M. Leopoldi. historia,
beluam junioris Rakocziæ amo-
nes expugnandi. Ut cerneret
e simirum, quanti Exercitūs
imperarori, quam opulento,
tantum non Regi nuptura
ianisset. Nè proprius arcem acce-
deret

deret, Turmas aliquot equum
tum senior Princeps objec*tu*
Queis facile disiectis, exp*lu*
cata ad spectaculum ac*Mi*
novo procandi genere perfu*pa*
ctus, abit. Vicies amplius
Cassovienses portas tumult*A*
atur, jam edita civiū militū
que cæde, jam ab*re*ptis
Sacro, & profano ordine
vincula obviis, jam ab*stra*
grandi numero boum, equi
rūmque prædā. Aliquando
suburbana, & quidem ar*er*
proxima, Gubernatoris equi
rum schola, miscuerant se spati*fe*
Etatoribus, tum inopinant*se*
icto glande ex Ephēbis nobis
ore, & militaribus aliquot
stabulo, plaustrariis verò sex
genis è sylva, equis corrept*pi*
recessere. Semel atque iteru*E*
pomerii tectis, sèpius ad*su*
prædiis, pagisq; , præsenti cu*J*
periculo succendendæ Urbi*S*
ini

quinjecere faces. Sed mensis Ju-
 cius Cassovienses magis exter-
 puit, Széplako, Eniczkâ,
 Mislâ, aliisque circumfatis
 fupagis, à Polonis, Tartaris, &
 s Ungaris, magnâ copiâ, infessis.
 It Adhuc ad Terebesinum agita-
 bant, jam multa fugientium
 is paganorum plastra conspi-
 eiebantur. Homines, pecora,
 avaria supellex perculsa oppu-
 gnationis, aut lenti obsidiis
 o Urbem metu impleverant,
 an trepidationemque auxerant.
 Quamvis modis omnibus ho-
 spitis elicere Cæsareos laboraret
 in ferè non se comovebant sum-
 bi mæ rerū intenti. Interdum ta-
 men pauciores procurrebant
 ex ad abstinentes maleficiis, &
 plures cecidere, vel cæpere.
 Ex accepto vulnere VIII Kal.
 Jul. humistratū hostē, rogo,
 quem excitārat, in vico portæ
 Septē trionē respicienti, proxi-
 ini

mo mori cogunt. Contrà tormentum, Tribuni confortentes ex plodendo in subeuntes, igitur nè muliebri curiositate admodum ventem, IX Kal. sextiles ruptum cum pluribus sauciat, atque prosternit. Aliud quoque eadem occasione, sive cujusquam noxa, discerpitur. Alterò Cassoviâ stadiô, Somosini, captus est Plebanus. si liber esse vellet, mille floreni exigebantur. Adest interim cum deducto Germania exercitu Leslæus & latus de nato Archiduc Josepho nuncius. Tertiùm è causa Cassoviæ tormenta, exercitu Catapultæ, dispersa duntur XIII. Kal. Septem. communijubilo inermes quartuor & decem præfecti extramuros, animi causâ egressi, a Barczai interficiuntur, aucti captivi abducuntur. Pari in fortunio, dum decumas, Regiis.

or regiis agris, legerent, qua-
 emnis ad triginta, qui quæstu-
 igæ pedibus operam commo-
 noabant, vita; aliis ad Gõnczi-
 tum, dum plaustra optimi vi-
 qui comitantur, vinum & li-
 eertas, nonnullis etiam capi-
 ana, eripiuntur. Arces Torna,
 utnokinum, Szolnokinum, *Quædam ap-*
 post acrem trium, quatuor *ces deduntur*
 ve dierum repugnantiam, *Tököllo*
 tursinum ditione veniunt
 Tökelii potestatem. Impari
 accessu trium hebdomadum
 patiō infestat Eperjesinum. *strenue de-*
 penatus Catholici strenuitas, *fenditur*
 fides in propugnando, feret
 consequenti anno præmium ab
 Rege, privilegia, quorum ja-
 turam fecit anno hinc septi-
 Acatholicorum proditio.
 Tökelii imperia, ut ducentos
 auanes, quatuor & viginti dolia
 in perevisiæ, in castra maturent,
 denunciantis, Bartssa despicit

perstantibus in fide adversariis
 Regem, & seditionis nihil conteg-
 mercii intercedere professi qui
 Telekio non multò pōst de-
 ditionem imperanti , ac quia
 gnem tectis, interitum allegat-
 tis ad se , minitanti, respondent
 pari constantiā. Szenderovi qui
 injectis ab hoste facibus conve-
 flagrat, & centum armatos
 Rosnavia haud pauciores
 Tōkelio adjungit.

*Malecontenti irrum-
 punt in au-
 riferas val-
 les.*

Inita subinde consultatione
 quō fæderati flectant, placuisse
 ad demerendam Ducis graviam, ad
 am, advertere arma ad recuperandum
 ejus patrimonium hal-
 Inde auriferæ vallis incolæ, adri-
 thesauri? ad se invitabant. Re-
 petendam tamen antea superma-
 riorem Ungariam censuisse To-
 kelium, narrat M. Leopoldi Ca-
 storia, tum ad instaurandum
 Transylvanicis , ac Tibiscianis
 supplementis exercitum dic-
 tur

sum ad consilium tantò altius
 integrandum, ac denique Leslæu,
 si qui huc vires omnes contra-
 licerat, si res ferret, clade ali-
 qua afficiendum. Usus autem
 est itinerandi celeritate tanta,
 ut una die millaria Ungarica
 quinque conficeret, Lesleum
 inopinantem adeò ob-
 srueret, ut sola loci oportu-
 nitate ab gravi clade se tuere-
 tur. Refecto, auctóque milite,
 cæptam conjurationem
 pertexeret, celeritate eadem
 ad montana advolat. Mox a-
 postu, an proditione; dicere non
 habeo, arx Murány, & qua-
 dringentorum germanorum
 Redditione Rosemburga in ejus
 manus venit. Sequntur Likava,
 Arva, ac integer tractus,
 Carpatho Poloniam ab Unga-
 nia dividenti subiectus, Tóke-
 caliani antehac juris. Post mo-
 dicam hic loci quietem, Vetus

Murany,
Rosemburga,
Likava, Ar-
va se sub
mittunt Tó-
külio

Zoli-

Deditur Tō
kōlio Veteroz
lium

Zolium præsidiarii trecent
triduo defenderunt, hoc lap
so, quod infirmis muris parum
fiderent, præfecto, qui se in un
arcem seriùs receperat, com
prehenso, non ditionen
modò, sed defectionem a
Tōkelium fecere.

Item Neozo
lium cum
reliquis mon
tanis urbi
tus,

Turcæ interea faces lat
circumferunt, & ad Schemni
czium in Hodrics, cùm Regis
tum civium fabricæ, in quibus
liquabantur metalla, confi
grant. Neozolium situ & muri
firmius Veterozolio aliquam
diu vim sustinere potuit;
Schemniczium, & Kremnicz
um aperta oppida suapte ad
reptionem patebant. Quar
communicatis consiliis mil
itia, Civitates, Quæstura aur
iarum ditionem obtule
runt, si, salvis fortunis, locum
gradumque incolis retinere
& Sacris personis perfungi sui
muniis

in unius liceat. Locus , gradus ,
 ipunia concessa omnibus præ-
 ius Jesuitas. Scilicet Tōkelio
 inum hoc hominum genere
 contra ejusdem oppidi muros
 convenire non poterat. Non
 obstabat tamen, quin cum su-
 pellectili demigrent. Et reipsa
 itum militia , ac supellectili ad
 nium circiter idus Octo-
 ; res demigrârunt, præter du-
 bus Ungarici , & Germanici
 diomatis gnaros , qui Spiritu-
 Catholicorum solatio ali-
 quamdiu profana veste Schem-
 aticzi fallebant oculos hære-
 zicorum ; sed & hi amicorum
 importatu abierant, nè vitam in
 discrimen committant. Dedi-
 cili celeriorem justo cessatio-
 nem postea excusârunt metu ,
 irati pertinacius repugnan-
 tibus aditus, ad auri, & argenti
 in visceribus terræ latentis ve-
 suas, sæculorum operâ, ac im-
 ma-

manibus impendiis apert
corrumpant, irrepabili in on
ne tempus damno Reipub
cæ. Qua de re scriptum vulg
runt.

Quidam huic festinatio
inconstantiam civium pr
tendunt, quam Neozolii Pr
fectus supra hostem vereret
& idcirco quadringentos , q
in urbe erant, milites dedit
ne servatos lætaretur. Lev
auriferarum scutum , quam
probius communita , eade
calamitate , Mense Octob
eodem ferè tempore , involv
tur. Isthæcvictoria vires se
tiosorum , ac spiritus immanc
quantum auxit. Spolia adeps
sunt amplissima; cusi auri num
mos centum octoginta milles
rude argentum majori aestim
tione. Unde procusa exten
plo moneta, altera parte T
kelii effigiem , & nomen a
cun

*Præda in-
aurariis ca-
pta*

sum acroamate Ducis Ungar-
 iæ, altera brachium acinacem
 lstringens cum lemmate: pro
 libertate, ac justitia, seu,
 quod alii memorant: pro liber-
 ate, ac Religione referens.
 rodiere & nummi alii hac
 pigraphe: *Ludovicus XIV.*
 Rex Galliæ; in averso verò la-
 ere Protector & Patronus Re-
 ni Hungariæ. Æs hoc omne
 inter Polonos, Ungaros, &
 Transylvanos divisum Quin-
 que hebdomadis immoti Po-
 onium in iter se dant; sed Pugna ad S. Crucis
 dventum Burmii & Dine-
 waldi cum exercitu sentien-
 es referunt pedem; non ta-
 pen effugiunt ultionem. In-
 vallum aditu pugnatum
 trinque, inter S. Crucis Oppi-
 um, & pagum Drexelhai, ar-
 ore maximo, pugna multis
 ancipiti, dum nova,
 Germano advenerant,
 auxi-

auxilia , victoriam de
affirmarent. Tōkelius suo
pugnabant, explicata aci
Veterozolii mœnia ret
Viginti turmæ per avian
um elabi adnitentes, à Tribu
Reutero ad exitus syvàrui
sua cum legione excubant
occupantur, & multantur, cor
sis cùm hic , tum ad S. Cruan
mille quingentis. Postea gu
Veterozolio, & reliquis au
riis demigrant.

Ad hæc perficienda Galna

Res germanicae rum felicia in Germania arvi
in primis adjumento fuere. mi
Lotharingus recipiendo A
burgo curas intendit, Cte
qui ad Rhenofeldam tol
cohortes & aliquot tam
mas concidit, aut disjic
quin & Rhenofeldam phe
intercipit. Perierat Offentne
gum, & bellum in Svevia ni
scera diffundebatur, nisi no H

erciniam, quā incolæ equi-
tem non meminissent profi-
centem, Exercitus Cas-
tus prævertisset. Mox Sella
peratur, & ab imis funda-
mentis eruitur. Cesserat impe-
ri etiam Argentina, si de-
ictum millia Germanorum op-
portunè non recepisset. In
uandria Gandavum, & Ipræ
gum accipiunt. Sed com-
posita cum Gallis singulari-
ce gravius afflixerunt for-
nam Cæsaris fœderati Ba-
rivi, & hos illico secuti His-
ni.

Anxio, quò hæc evaderent
pterum historiam magni Leo-
oldi recitamus) Burmio ,
nam nondum confecto bello
gallico , nec Legiones ab Tractatur
phenomeno abduciposse, neque,
alhem habebat militem, facti-
oni jam opibus, disciplinâ,
i notidianis accessionibus ,
nu-

numero prævalidæ objicitur
auderent, inducias fieri placuisse
it, Strigoniensi Archi-Episcopatu
po, ut Legati dignitas legationis
tioni pondus faceret, conciliandis
tore submisso. Tökelius natus
que ferociter, eadémque fort
qua se peti credebat, simulolu
tione, ajebat, suos, vitandas
omnium, in Cæsaribus potestaque
esse; ut Magistratus, leg
que veteres Hungariæ popul
tot sæculorum usu probata
novis, nescio quibus, comp
mutentur, ferre non possunt
Promulgandam amnestiam
dignitatem Palatini; Helv
ticæ ac Augstanæ confessio
ni sua templo, Religiones
beras restituendas; Sacerdoti
tum quoddam genus: Jesu
tas, Regno dimovendos. Ha
rum rerum, si cautio idonea
ac vadimonium præstetur
turbandi finem fore. Verum

horum hominum fidem
cognoscas, eodein, quo cum
copore, cum Budensi Passa, de-
liendendis montanis, egere.
nisi forte, ut placabilem habe-
at Aulam, metum facere
oluere, fore: ut barbari
auriferarum vallium sub-
ductiones damno irreparabili
rrumpant. Inducias inte-
admisere. Rescidit ta-
tas Leslæus, postquam
turno morbo liberatus
assoviâ rediit; indignum di-
cans: ut tantæ copiæ desidia
utili, confirmato, hosti, colli-
endi sui otium indulgerent.
Marponâ, auriferarum vallium
eluti clavi, occupatâ, nihil
suxtra tentatum. Germani To-
hainum, Cassoviam, Calloum
hiberna concessere, atque,
athyeme minimum ad quie-
pacata uterentur, indu-
ciæ,

ciæ Cæsar is jussu restitut
tres Comitatus seditiosis
stativa designati. Burm
Leslæo ob rescissa acta sub
fensus domum abiit:

Quidam, ut intolitorum
Etigalium onus amoliantur
Viennæ centum septuaginta
florenum millia ab Regno
gulos in annos promittuntur.

Vestigalia
verum vena-
lum male
redimunus.
Quæstura oblationem accep-
tata, & quantum quæque
Provincia ad conficiend

summam hanc pendat, defini-
Magnus in omnium ani-
irarum vel ad nomina horum

Vestigaliū ardor suggesit
siliū jā anno, 1504 damnatur
Etenim solemini decreto
Uladislaus II cum Ordinib
pecuniarum in regium æram
provinciatim pollicitation
interdixerat, Quippe abholi-
entes ab ejus modi largitione
bus facile carpunt liberalior

tande enascuntur facilius inter
 sives jurgia non Principi mi-
 nus; quam Reip: perniciosa, ne-
 ullo ærarii augmento com-
 ensanda. Hanc Magnatum
 commissionem proxima Comi-
 tainanem , atque irritam ha-
 inebunt , & ut , à reliquis quo-
 ne , inanis ac irrita habeatur,
 petrabunt. Majorem in mo-
 adum præterea instabunt , ut
 q: relati , Magnates , Nobili-
 das , & omnes Regiæ Civita-
 tium pænarum ab Uladislao la-
 rum in Provincias tributa-
 rur. Comitia in se recipien-
 tes , agantur rei , si posthac de
 continentibus ad regnum ne-
 singulatim tractârint.
 eæ pænæ sunt sanè gra-
 aris , scilicet ut de perjurio
 judicium arcessantur ;
 oblici muneris administrati-
 one deturbentur , ignominiâ
 oriantur , & animadversio-

ne in personas, ac fortunaru
dispoliatione, velut manife
perjurii, castigentur. Quod
mirere, annuet huic petitio
ni Leopoldus.

Per inducias Hungari

Annus 1679. gnates cū Strigoniensi Sop
Iterum fru- nii convenere, solito even
strā tracta- tur de pace. Cæsar teste M. Leopoldi
toria Schwarzenbergium Pr
cipem, ac Nostizium allegi
vit, ad deliberationem ulli
accedere vetitos, nisi exterr
copias seditiosi dimisissi
Neq; enim ferendum erat,
cum armatis Civibus Princeps
pacisceretur. Adhibendi ha
severitatem multæ erant
fæ. Eodem tempore Vim
nam pecuniarum à Bethunio
belli alimentum receperant,
missarios suos ad èmendican
ab Turcicis Gubernatoribus
xilia circummisserant. Bohemia
cū Polonorū agmine Regis ju
Urb

Ungariâ abstiterat; Tokelium
 matrimonii illico, ac recipien-
 dorum spe bonorum conciliari
 posse Rakoczia renunciârat; fa-
 ctâ Gallicâ pace ad exscinden-
 dam hanc hydram copiarum sa-
 puit erat. Denique iterata hæc
 clementia venditatio, in debi-
 tatis confessionem, insolentia
 augmentum degenerabat. Id-
 hæc circa significatum Magnatibus:
 illi Cesarem dere nulla agi passu-
 terum, nisi ut arma ponantur à
 perfidis, ipsi suâ operâ effice-
 nt. Palatinum equidem crea-
 sumiri, sed non ejusmodi esse
 tempora, ut infinita potestate
 gaudeat; Regi, præter
 ministri decreta approbandi
 auctoritatem, nihil relinqu-
 ur. Templa, quæ suo ære stru-
 issent, aut designandis locis
 struerent; non item, quæ
 catholicis per vim eripuissent.
 s j protestantibus concedi posse.

Quæ, per allegatum in super
orem Ungariam Paulum Szala
Malecontentis dilucide ex
posita sunt universa.

*Disceptatio
de auctorita-
te Palatini.*

De auctoritate Palatini conser
sentiebant Leopoldo Proces
res, æquo ampliorem esse ha
ud oportere; sed mox disced
bant ab eodē, arbitrati æquu
non fore, si arctioribus, qua
definirent Leges, terminis i
cluderetur. Quippe ad rati
nalem naturam si respici
potestatem regendæ Re
communem esse universis,
li propriam; Consensum Pop
li, quam auctore naturæ Ge
tes accepissent cum nat
sibi detractam, divisisse in
Magistratus, non necessitat
sed voluntate. Hunc con
sū illā divisionem esse omni
retro Regum, Leopoldi
ipsius juramentis firmata
legibus, Neminem obt

erum arctiorem potestatem
la stè quiritari; latius imperan-
es despicere præ se alios per-
teram; in administratione po-
teriorum indepti partes præ-
posterior è rapi in invidiam, si qui
hem tum his, tum illis pro ar-
bitrio universim auctoritas
imperii negari potuisset. Qui-
us authoribus, causis, & in-
strumentis coaluerunt Magi-
stratus, obtinueruntque au-
horitatem, iisdem distrahi, au-
eri, ac restringi posse: neque
affidentium ad clavum, neque
ex alieno nutu pendentium
arbitrio, divisim, quæ commu-
nibus consiliis ordinata sunt,
mutari fas.

Leslæus media hyeme de- *Malcontenti*
fertis hybernis versus constri- *Turcas of-*
Etum glacie Tibiscum cum ag. *fendunt, &*
mine in iter se dedit, quorsum, *repente plu-*
aut quo consilio incertum. *cant.*
Existimabant Kðvarini oppu-
E ; gna-

gnationem cogitâsse, sed pot
sita ad Debreczinum hostiu
castra conatum inhibuisse. Ap
te evolutas inducias circite ca
medium Februarium redi
Cassoviam, unde secund la
ejusdem exierat. Tokelius ri
testeM. Leopoldi historia q
Claudiopolim ad Transylv r
niae Comitia cum gregis / gi
primoribus se contulit. C Pe
sus subinde intervenit, v
quo magnum ipsis malu
enasciturum credebatur. U
garorum, ac Transylvan si
rum turmæ aliquot in Tu
carum nobilium manipul si
occursu fortuito impacti t
atque seu verborum alig f
contumeliâ lacestti, seu ab
rixæ causâ, strinxere ac
naces, Turcarum haud pauc
neci dedere. Sultanus recognit
Varadinensi dedit in mandati
adducto exercitu sceleris thori

thores ad supplicium perquire-
 ret; Transylvanorum Comitiis
 præsideret. Apaffius Turcas pla-
 candi artem multo usu dudum
 edocetus, obsequium adhibet, &
 largitionem. Invitat ipse lite-
 ris humillimis Passam: Veniret
 quantocius, non ut quæsito-
 rem, sed Domini instar, multa
 gratulatione acceptum iri; a-
 pertas fore oppidorum portas;
 venturos obviām cives; ut in
 Comitia veniat, adeò se non
 abhorrere, ut per honorificum
 sibi ducat, Magni Domini Mi-
 nistrum Transylvanorum con-
 silia moderari. Hac oratio mul-
 tis nummūm aureorum millibus
 facta illustrior, Sultani, Vali-
 dæ, Vezirii, Passarum iras,
 mira facilitate, commutavit.
 Porro Tökelius, ut Rakocziam,
 ac paternos fundos e blandire-
 tur, persistit in simulatione.
 Vicissim omnia pollicitus est Cæ-

far, addita conditione: si stabili obsequio fidem, & constamtiam suam approbasset. Negli enim properandam his hominibus gratiam existimabat. Compertumerat, paucos voluntati aut officio, plerosque aut suarē cuperandi, aut nostra explorandi studio, redisse. Postquam obtinuissent, quæ vellent, eandem, quam animis nunquam posuerant, perduellionem revoluturos. Contra Toklius, quod non ea consequeretur è vestigio, quæ diuturnis magnisque laboribus rependuntur, præmia, criminatur Cassrem, cui per Ministros, ac Jesuitas, pro scriptorū bonis inhibentes clementi esse non licet. horum avaritiā eludi promiss magna.

Solvitur colloquium de pace.

Hic erat colloquii de pacificatione Ungariæ post tot ali respondens præcedentibus exi

exitus. Nec mirum. Veniebant
 ab Aula pacificatores persuasi,
 Ungaros quidquid promitta-
 tur , non aquieturos , & inge-
 nerato erga Germanos odio ,
 diutius , quām compellantur,
 Austriacum Imperium non
 laturos. Vicissim maleconten-
 ti pro certo habebant : id
 unum quæri ab Aula , ut Un-
 garis arma de manibus excu-
 tiantur , & consopiantur. Hoc
 consilio verba dari , nihil
 animō agi. Quidquid addi-
 cant , jurēntque , speciosis
 interpretationibus elusuros ,
 aut planè flexuros ad firman-
 dam in misera gente Tyranni-
 dem , adversūs quam arma cor-
 tipuissent. Salutis spem su-
 peresse nusquam , atque in fer-
 ro , vincu a Ungariam , & Do-
 mum Austriacam connecten-
 tia præsecturo. Quare post-
 quam responsa Cæsar is in con-

ventu recitata sunt, rebus in
fectis discessum.

Octavâ, & vicesimâ Fe
bruario clades. bruarii, quæ fuit induciarū
suprema, velut jam earū
Religione soluti, infestis an
mis Cassoviense Pomerium
malecontenti invadunt, &
equos de plaustris, ligna e
sylvis petentium, diripiunt
Aprilī Tornam Læsleus tu
multuaria oppugnatione ag
gressus male multata le
gione Badensi discedit. Pr
ter complures gregarios Pro
Tribunus interiit, cum du
bus Centurionibus. Ad Szib
szó, post consertas pari infor
tunio manus, quingenti cu
non exiguo Præfectorum nu
mero, intercipiuntur. Em
nebant in captivis junior Te
nebaldt, Gerstarff, & Ha
rach, ex ordine Comitum
omnes. Tennebaldus accep

in vulneri impar non multò pòst
è vivis eripitur, & cadaver ab
hostibus Cassoviam mittitur.

Non priùs, quām Stephanus Jósa, & Bakosius ter mil-
le conjuratos Turcis, Tarta-
risque intermistis trahentes
ad eadēscent, undecimo Kal. Maji

*Iterum à
malecontentis diripi-
tur Schemnic-
zium.*

Schemniczium fama propin-
gui hostis allapsa est. Dum
tu in monetali domo hebdoma-
daria merces operariis distri-
bueretur, & in Templo Di-
vina officia celebrarentur, cir-
citer horam decimam, pars
portas tenent, pars ex altis,
præruptisque montibus edito,
Turcarum imitatione, disso-
no clamore, & obtruncatis
aliquot Civium, militumque,
oppidum per hortos perva-
dunt. Innoxie gradum promo-
vebant per strepentibus tim-
panis, & fistulis, tubisque ca-
nentibus. Appetiti infesta-

explosione è quæstura, qua av-
sturam aggrediuntur, & ex tu-
pugnant. Vacuas Patrum ob
Societate, & opulentas vtu-
cinorum ædes perrumpun-
Ar sit Cœnobium, Templum pa-
Quæstura. Qui eam, vel la-
jam jam morituri, raptim e se
piatis, apud quendam de Sub-
cietate huc profugum, per fu-
catis, non instrenuè defen-
derant, per subterraneos ca-
les capita etulerunt. Ino-
hostem in forum ruentem J te-
cobus Miller Strasoldianæ L g-
gionis centurio cum haud m-
gno Catholicorum Civium
militumque manipulo sis-
objectis armis. Hos pugnan-
tes cadentésq; , inter cachin-
nos spectabant eminus Ac-
tholici Semniczienses ; se-
luerunt non diu post tantam
inhumanitatem, pro hostibu-
perinde, atque Catholici,

avidis prædæ habiti. Quan-
 tum Jacobus fortitudine ur-
 bem demeruerit, eoque quan-
 tum beneficii in Schemniczi-
 enses contulerit, tumulus
 pandet, cui inter reliquas viri
 laudes grata Civitas hanc de-
 fensionem adscribet. Cœno-
 bii, Templique tectum con-
 sumpsit incendium, campa-
 num æs calore liquatum. Sup-
 positus corrumpendæ aræ, &
 magna arte pictæ Iconi, ignis,
 testudinem operis haud vul-
 garis pessum dedit. Direptam
 in Templo magni pretii su-
 pellestilem, propter singula-
 rem elegantiam nunquam ci-
 ves, & in his hæretici ipsi, sinè
 doloris sensu recordabantur.
 Copia, & pondus inhibuit,
 nè tollerent penitus omnia,
 aut cæca rapiendi aviditas, nè
 videant, quæ tolli possent.
 Tempore etiam excludeban-
 tur,

*Capta iu
Templo pre-
da.*

tur, nè auferant, quantum ha-
vellent. Pulcherrimam or-
ganorum molem non minus quia-
quam duum millium impene-
diò fabricatam, dum conditai-
tos in ea thesauros frustra tal-
quærunt, aut distrahunt, aut
asciis comminuunt. Præciqua-
pua pretio, in sacra suppelle-
Agricola fin-

*Ettili, erat SS. Corporis Christi
singularis reliquiæ theca. Verum & hanc
sæcio.* & reliquos Schemniczienium an-
thesauros supereminebat plenaria
bei hominis pietas. Ab omni visu
tus flagitium eam auferentium se-
sacrilegos sequitur, non sine te-
capitis periculo, intentus in ar-
oportunitatem vindicandæ plenaria
dum re ipsa sacrum pignus vin-
dicaret, & suum in locum qui
*Et Schemni- reponeret. Hæc res è summa-
cziensium. mo mœrore, tanta in calami-
tate, excitavit incredibile gaudium in metallariis. Iterat q
exspoliatio civitatem ad ultimam*

nam egestatem redegerat.
 Nè tantam pietatem minus,
 quam pro merito viderentur
 estimasse, religiosum agrico-
 dum amictu, & collato libe-
 raliter ære donant, testati ea
 longè alios, atque alibi,
 quam cæteri arbitrentur, con-
 ditos esse Schemnicziensium
 thesauros. Non minus præ-
 cedenti anno celebrârunt su-
 am pietatem. Tökölius Catho-
 lelica sacra ex omnibus, quam-
 vis quaterna Schemniczii es-
 sent, templis ejecit. Relicta po-
 testate imolandi cælestē hosti-
 am, sub aperto cælo juxta tem-
 plū, utebantur quotidie immo-
 lanti assistentes singulari & fre-
 quentia, & ardore charitatis.
 Stabant in quæstura onusti ru-
 di argento currus, & equi Kre-
 mnicium raptandis accincti,
 quos à metallo, cui ferendo,
 & referendo, postquam signa-
 tur,

*Capta pre-
da in que-
stura.*

tur, serviebant, argenteos a
 pellant. In præsens diversos
 usus serviunt, devehendo
 conjuratos. Auro mistu
 erat, & non habita mistu
 ratione, octingentis septu
 ginta quatuor, supra vicies
 pties mille, florenis æstimab
 tur. Ad hæc signatum, quod
 Regi averterant non pauci
 res ter centies millenis octi
 gentis sexaginta, æquabat. Se
 tot prædarum fructum caper
 harpyis non licuit. Repu
 riuntur nostra ætate, per inni
 via Schemnicziensium mones
 tium, grandia argenti frusti
 gentilitiis Tökeli symboli
 insignita, ab ejus utique
 litibus tum abjecta. Postru
 mò repertum, duos ante anen
 nos, ducentarum libraru
 pondo erat. Ingentem vippu
 pabuli, & materiæ, equiti
 machinisque, fodinas inno

a nito labore exhaustibus,
necessariæ, idem infortunium
corrupit. Nec vetustarum
scripturarum, librorumque,
rationes accepti, & expensi
complexorum, jactura modica
sensebatur. Omnes ad unum
deusti sunt. Minor, quām
pro certamine quatuor hora-
rum, edita hominum strages.
Non plures in foro quatuor
metallariis, decem civibus,
triginta militibus, præfectis
que desiderati. Victoriā tu-
nidus hostis, dum abscedit,
repetitum redditum, & nihilo
pauciora, aut leviora, quām
pertulissent, maleficia de-
bunciat, nisi in potestate con-
tritorum degant, & veni-
entes officiis, atque obedi-
entia venerentur. Jósa, po-
ulationis crudelitatem, à mi-
litibus rejiciebat in Germa-
norum stolidam præfidenti-
am,

am , nullâ cujusquam injurias
adventantibus, repugnare intra
festa explosione ausorum ,
profitebatur à se edictum
verius : à cædibus , à spargendis
gredis facibus , à rapina
cræ supellectilis , privatarū sed
que opum , miles abstineat
vereri enim magnopere
um animum in alienis sacrili-
giis quantamcunque partengla
repetiturum, ac restituturum
quidquid de Templis der-
ptum compererit, & tame-
nil hic contreftatum de-
rarent, sed quidpiam ex aocas
Patrum de Societate ablatu-
faterentur, id pariter redde-
dum ; ab ea enim quoquod
æde cohibendam fuisse rap-
